



**In Q. Horatii Flacci poemata annotationes probatissimorum  
cultioris literaturae authorum, uidelicet: D.Erasmi Roterodami.  
Ludouici Coelij Rhodogini. Angeli Politiani. M.Antonij  
Sabellici. Baptista Pij. Iacobi Bononiensis.**

<https://hdl.handle.net/1874/456606>

2

# IN Q. HORA

TII FLACCI POEMATA ANNO

tationes probatissimorum cultioris literaturae authorum, uidelicet:

D. ERASMI ROTERODAMI.

Ludouici Cœlij Rhodogini.

Angeli Politiani.

M. Antonij Sabellici.

Baptistæ Pij.

Iacobi Bononensis.

Collegit autem eas Georgius Pis  
torius Villunganus.

FRIBURGI BRISGOIAE,

AN. M. D. XXXV.

INGENVO, CLARISQVE NATALIB:  
orto, Gregorio Cataneo Genuensi, domino atq; Meo  
cœnati summo, Georgius Pictorius Villinganus,  
apud nobile Brisgoie Friburgum puerorum  
institutor, S. D. P.

**P**ETIS quidem in literis tuis, nuper Basilea ad me das  
tis (clarissime vir) ut uel ipse capessenda eruditio  
causa ad te in Italiam migrem, uel (quod difficilius est)  
filium meū natu maiore tibi educandū mittam: sed neutrū  
hac rerū serie fieri potest, cum q; ipse uarijs negotijs inter  
sellularios pueros impeditus, tum q; filius ille meus in pri  
mis annis adhuc, nucibus (quod dicitur) ludere solet. Ast  
unicū quod possum facio, edoctus hac Ceciliā sñia: qñ  
hoc fieri nō potest quod uis, uelis id quod possis, meos istos  
in Q. Horatij Flac. poësim ex doctissimorū virorū prom  
ptuarijs desumptos tibi cōmunicans dedico labores, non  
tam q; mei sint atq; aliorum, q; Erasmi, quem tibi indies li  
teris tuis maiorem obligabis amicum. Hos rogo, quū iam  
ad natalem seruatoris Saturnali iū munus tibi misericim,  
ceu μνημόσυνον, ab amico (ab sit inuidia dicto) ulnis ob  
uijs accipias, quo ad data occasione uel ipse ueniat, uel gna  
to per etatē uenire liceat. Nā quali desiderio, meū meo  
rumq; præstoleris aduentum, in binis tuis literis uel cæco  
apparet. Ceterū pharmaca cū alijs à te acceptis uelut lu  
nonia sacra, & propter eorū pretiū, et propter tantū Me  
cœnatis memorā nondū tacta reseruo, diu etiā seruatū  
rus (nisi aliter fata censeat) ut olim in redditu tuo reluceat  
Vale clarissime musarū antistes, & Pictoriū tuum mutuo  
amore complectere. Friburgi Brisgoie Nona decembris.

Anno M. D. XXXV.

# INQ. HORA<sup>2</sup>

TII FLACCI LIBRVM I. EX  
Chiliadibus D. ERASMI Rote. Annot.

## ODE PRIMA.



E doctarum hederæ præmia frontium  
Dijs miscent superis.) ¶ Hoc est, beata  
tum me et celebrem reddent. Allusit autem  
Horatius ad prouerbiū quod uulgo dicitur,  
In cœlo esse, pro eo quod est supra modum fortunatū esse  
ac gloriosum. Vide prouerbium: In cœlo esse.

¶ Quod si me Lyricis uatibus inseris,  
Sublimi feriam uertice sydera.) Prouerbialini  
mirū hyperbole dicitur: Cœlum uertice attingere aut di  
gito: In eos, qui longe supra mortalium conditionem dijs  
se proximos arbitrantur. Erasmus in prouerbio: Cœlum  
digito attingere.

## ODE III.

Perrupit acheronta Herculeus labor.

¶ Ad græcum istud allusit poëta, Μελέτη ωάντα  
δεινα, id est, cura omnia potest. Hanc sententiam La  
ertius Periandro tribuit, qui Istnum etiam tentauit pera  
fodere. Significat autem nihil esse tam arduum, quod di  
ligentia curiq; non efficiatur. Hæc in prouerbio: Exere  
citatio omnia potest.

IN I. CAR. HORATII  
ODE IIII.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,  
Regumq; turres. ¶ Accō nodari poterit hec sen-  
tētia mortis necessitati, quæ ex æ quo maximis pariter ac  
minimis cōmuniſ est: iuxta illud Aeschili apud Aristoph.  
in ranis: Vna è deis Mors nulla capiat munera. Quid  
et 2. lib. ode. 14. notat Horatius:

Non si trecentis quoq; rot eunt dies  
Amice places illachrymabilem

Platonatauris. Hec prouer. Rhadamanthēū iud.  
¶ Nec regna uini sortiere talis. In Græcorum

sympoſijs mos erat Talis sortiri quempiam, qui conuiuio  
præſideret, ac decreta conuiualia præſcriberet, quæ vō-  
uæ, id est leges appellabant, præfectum aut̄ βασιλέα  
hoc est regem. Hūc Plutarchus συμποσίων uocat.  
Et Varro apud Noniū, modiperatorem à latinis uocatū  
ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus satis  
aut parum biberet. Istius conſuetudinis præfato carmine  
mentionē facit Erasmus in Adagio, Aut bibat aut abeat.

ODE VI.

Quis Martem tunica tectum adamantina  
Digne ſcriperit? ¶ Quicquid inuictum atq; ina-  
expugnabile est, adamātinum uocamus, ob incredibilem  
huius lapidis duriciem. Vnde idem poëta lib. 3. Ode. 24.

Si figit adamantinoſ

Summis uerticibus dira necessitas

Clauos. Hec in Prouerb. Adamantinus.

ODE XII.

Crescit

Crescit occulto uelut orbor æuo

Fama Marcelli. ¶ Solent præcoccia subito flaco  
escere, sed quod paulatim accrescit, durable est. Vnde  
Horatius Marcelli famam uelut cum rore arborem suo  
gentem celebrat. Hæc ex proverbio: Festinalente.

## ODE XV.

Mala ducis aui domum. ¶ Id tangit Horatius  
quod suo tempore uulgare erat, Nempe ut rei bonæ eueni-  
tum bonis auibus, Male, malis ceſſisse dicerent, ex au-  
gurum obſeruatione. Vnde quoq; ad hāc formam referen-  
da hec ueniunt, Fausto omine, Bene ominata, Bonis auspi-  
cijs, In ausspicato, Felicibus augurijs, atque id genus alia.  
Est tamen hic notandum, quod auis nō animal significet,  
ut apud eundem nec ales lib. 1. ode. 6. Victor Meonij care-  
minis alite: Sed augurium ipsum & omen: quod in Pro-  
verbio, Meliores nancisci aues, elezāt nr Erasmus scribit.

## ODE XVI.

Pias recantatis amica

Obprobrijs, animumq; reddas. ¶ Quod hic poē-  
ta multis, Græci uno uerbo exprimunt. παλινῳδία ipse  
nim dicunt, quod est palinodiam canere, hoc est, diuersum  
ab his, que prius dixeris, dicere, atq; in contrarium uera-  
tere sententiam. Vnde translatum elonganter D. Erasmus  
scribit in Proverbio, Palinodiam canere.

## ODE XVII.

Seua tene cum Berecynthio

Cornu tympana, que subsequitur

Cæcus amor sui. ¶ Qui sibi uel e neter placet.

\* 3 quiq;

# IN I. CARM. HORA.

quiq; suis ipsorum cōmodis impense student, aliorū rebus  
uel neglectis, uel etiam afflictis, à Græcis eleganter φίλαυτοι uocantur. Vitium ipsum φίλαυτίæ dicitur: quod  
apposite circuloquens Horat. Cæcū sui amore dixit. Hæc  
in proverb. φίλαυτοι. ODE XIX.

Mactata ueniet hostia lenior.) ¶ Prouerbialisti  
gura dixit Horat. de spontaneis ac mansuetis. Sumptū est  
à sacrificijs, in qbus explorabatur hostia ducto cultro per  
frontē, idq; mactare uocabāt. Vnde qui spectata sunt uirtu-  
tute, eos mactos uirtute uocant. Sic Erasmus.

# ODE XXVI.

- Tristitiam, & metus  
Tradam proteruis in mare Creticum  
Portare uentis. ¶ Tradere uentis, obliuisci est, atq;  
ex aio eijcere. Seruius prouerbialē figurā admonet esse.

# ODE XXVII.

Quanta laboras in Charybdi

Digne puer meliore flāma. ¶ De Charybdi na-  
rant poëtarū fabulæ, q; fuerit fœmina uoraciſima, que,  
q; Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare  
præcipitata sit, & in huiusmodi uersa monstrū: qd adhuc  
pristinam seruat naturam. Absorbet enim uniuersa: unde  
tanq; prouerbio scortū uorax, & auditatis nunq; satiate,  
Charybdi in Scyllam incidi.

¶ Quæ saga, quis te soluere Thessalis  
Magus uenenis, quis poterit dcus?) Thessalica  
mulier, in ueneficas, malarumq; peritas artiū, dici solitū:  
prop

EX CHILI. ERAS. ANNOT. 4

Propterea, q; ea gens præter cæteras hoc nomine notata est.  
Vnde Horat. Quæ saga, &c. Eam superstitionē in Thes-  
salos à Medæa profectam existimat: quæ cū illac fugeret,  
per aërem uecta, scrinium ueneficijs ac magicis herbis  
plenum deiecerit, eaq; sparsa suppululasse. Aliā rationē  
Pandit Plin.li.30.ca.1. ODE XXIX.

Quis neget arduis  
Pronos relabi posseriuos

Montibus? & Tiberim reuerti?

¶ Iste subesse prouerbij aliquid uidetur, de re neq; ueristi-  
mili, neq; consistente. ODE XXXIII.

- Sed prius Appulis

Iungentur capreæ lupis. ¶ Huic consimile pro-  
uerbium est: Prius lupus ouem sibi iunget uxorem. De his  
inter quos insanabile est disfidium. Ibidem lege Eras.

¶ Sic uisum est Veneri, cui placet impares

Formas, atq; animos sub iuga abhæna

Sæuo mittere cum ioco.) Prouerbialis hic est me-  
taphora, à iumentis iugalibus sumpta. Subiugus itē homo  
nō suo arbitratu, sed alieno iussu quippiā facit, dicitur

¶ Ipsum me melior cum peteret Venus,

Grata detinuit compede Myrtale

Libertina.) Senece in star in dialogo affectus et  
rationis loquitur poëta. Qui inquit, stulti est compedes  
suas, quāuis aureas, amare. Vbi de uxore formosa innuit.  
Erasmus in Proverb. Aureæ compedes.

ODE XXXIIII.

- Nunc retrorsum

## IN I.C.A.R. HORATII

Vela dare, atque iterare cursus

Cogor relictos. ¶ Dare uela retrorsum, est in  
diuersum mutare sententiam, uitæq; institutum: translat  
ta metaphora à nauigantibus, quis cui cursus errorem uer  
sis uelis corrigunt. Hanc Persius in .r. Saty. non nihil nos  
uans, funem reducere dixit, pro eo quod est institutū mu  
tare in diuersum. sic dicēs:

Quæ supra dederam repeto, funemq; reduco.

## ODE XXXV.

- Diffugiunt cadiſ

Cum fece ſiccatis amici

Ferre iugum pariter dolofi. ¶ Plinius in Epis  
tolis alicubi dixit: Ex æquo iugū ducere: pro eo quod eſt,  
negocij uices pariter ſuſtinere. Translatū à bubus aran  
tibus, ad quod quidem Horatius alluſiſſe uidetur. Lege  
prouerbiuſ: Ego & tu idem trahimus iugum.

## ODE XXXVI.

Cressa neu careat pulchra dies nota.

¶ Candidum calculum, cressam notam appellat, qua  
ueteres dies fortunatos signare conſueuerunt. Tameſi  
ſunt, qui hoc in loco pro Cressa legunt Thressa: q; hic moſ  
fuſſe perh: betur Thracibus. Vbertim tñ huius ſupſtitiois  
mentionē facit Pli.li.7.ca.40. lege Adagiū, Creta notare.

## ODE XXXVIII.

Mitte ſectari rosa quo locorum

Sera moretur. ¶ Ne te maceres deſ  
ſiderio rerum, quæ reuocari, reſtituiq; non queunt: uelut  
exactæ iuuentæ, formæ, uirium, fortune. Nam ut nihil ra  
ſagra

**EX CHILIAD. ERAS. AN.** 5  
sagratus, ita nihil minus diuturnum. Habent enim rose  
suum tempus, sed per breve.

**IN II. CARMINVM HORATII**  
**EX CHILIADIBVS D. ERAS.**  
**MI ROT. ANNOTAT.**

**ODE II.**

**N**Vllus argento color est, auaris  
Abdito terris. ¶ Ut picturæ abstruse nul-  
lus est usus, sic nihilo maior diuitiarum repositarū, quas  
cum Plutarcho recte Plutū τυφλὸν i.cæcum dixeris ac  
repositū: quoniam non solum cæcū dicitur qđ non uidet,  
kerū etiā q̄cqd luce caret. Hæc Eras. in Prover. ἀγαλος

**ODE V.** (πλάστος.)

Nondum subacta ferre iugum ualet  
Ceruice. ¶ De puella nondum uiro matura lo-  
quitur, indicans unde ducta sit translatio. Nimirum à iua-  
nenco, cui nondum suppetunt uires, ut in ducendo aratro  
pares operis uires sustineat. Nā & coitus duorū ex aequo  
negotū est, itidē ut in iugo: unde dictum etiam coniugū.

**ODE VII.**

Sed me per hostes Mercurius celer  
Denso pauentem sustulit aëre. ¶ Vulgo qui  
in rebus perplexis ac desperatis, aut ancipiti periculo jer-  
uantur, à deo quopiam aiunt se se seruatos. Hinc Horatius  
in bello per Mercurium, & iterū ab arboris ictu se se Fau-  
ni ope seruatum scribit lib. 2. odc. 16. Vnde natum hoc pro-

## IN II. CAR. HORATII

uerbum: Dij bonorum largitores, quod Eras. Ut solet omnia, elegantiſime explicat. ODE XIII.

Ille et nephasto te posuit die. ¶ αὐτῷ φέρεται  
τὸ μέγαρον id est, nephasti dies, olim uocabantur inauspiciati,

et quibus publica nō licebat agere, unde receptum, ut  
hoes inuisos ac detestados αποφέρεται appellaret. apud  
Atticos huiusmodi dies erat septem, quibus inferie page  
bantur, eoq; habebantur inauspicati. ODE 14.

Non si trecentis quotquot eunt dies

Amice places illachrymabilem

Plutona tauris. ¶ Boni Viri lachrymabiles: pro

uerbum hoc de ijs dicebatur, qui facile commouerentur  
ad misericordiam ac precibus flecterentur. Nam lachryma  
mare dicuntur qui miserescunt. Proinde Horatius Plus  
tonem, q; nullis precibus flectatur, illachrymabilem ap-

¶ Assumet heres cecuba dignior (pellat.)

Seruata centum clauibus: et mero

Tinguet pavimentum superbo

Pontificum potiore coenis.

¶ Prælautas coenas pontificales dicimus prouerbio,  
quod et Macrobius Satyr. lib. 3. obseruat, ubi uetus stisse  
mam quandam pontificis coenam describit, dices summo  
apparatu eam et omnigenis lauticijs affatim instructam  
fuisse. Vide prouerbium Pontificalis coena: ubi etiā qd uinum  
Theologicū sit reperies. ODE XVI.

¶ Viuitur paruo bene, cui paternum

Splendet in mensa tenui salinū. ¶ Salis nomine  
frugalem uictū innui, ex hoc Horatiano licet cognoscere

Vt taceam istius adagij: Iuxta salem & cuminum, sic Eras. in proverb. Qui circa salem &c.

¶ Quid terras alio calentes

Sole mutamus?) Id non dissimile est huic quod ad agio circumfertur. In alio modo, de ijs qui longe disident à patria. ¶ Nihil est ab omni Parte beatum. Huic non admodū dissidet illud Euripidis: Siquidem universis rebus in mortaliū Nil continent, & undiqueq; prosperum. Vel hoc, Omnibus galeritis innascitur crista. Erasmi lege proverbia: Nemo omnibus horis sapit, et Nihil ex omni parte beatum.

ODE XVII.

- Ille dies utrancq;

Ducet ruinam: non ego perfidum

Dixi sacramentum, Ibimus, Ibimus

Vtcunq; præcedes, supremum

Carpere iter comites parati.

¶ Erat amicitiae genus apud Aegyptios laudatum, quod appellabat οὐνατοτύχοντωρ. i. commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ij hac lege copula batatur, ut si alteri fatale qppiā accidisset, alter ultro mortis sociū sese adiūgeret. In tale fœdus significat Horatius sese erga Mecœnatē iurasse. lege prover. Naera et Char

ODE XVIII

(mione)

Nec satelles Orci

Callidum Promethea

Reuexit auro captus. hic superbum

Tantalum, atq; Tantali

Genus coerces; hic leuare functum

Fauper

## IN II. CAR. HORATII

Pauperem laboribus

Vocatus, atque non vocatus audit. ¶ Ad prouerbium allusit poëta, quod olim Lacedæmonijs oraculi uice datum erat: Vocatus et non vocatus deus aderit. Eius usus erit, ubi quid significabimus etiam non accessitum, neque curatum, tamen eum: urum uelimus nolimus: puta, Senectam, Mortem, malefactorum pœnam.

## IN III. CARMINVM HORAT. EX CHIL. ERAS. ANNOT.

### ODE PRIMA.

**O**di prophanum uulgas, et arceo. ¶ Respxit Horatius ad græcum hoc prouerbium, tu pax estis sedes hæberis i.e. fores occludite quicquid prophani. Quo uti conueniet, si quid significabimus nos de rebus arduis et archanis locuturos, ubi prophanorum leuis oino ratio est.

### ODE II.

Est et fidei tutu silentio

Merces. ¶ Huic confinis est haec ab Aristide in defensione Periclis ex Cio quoipiam poëta citata sententia: Silentij tutu premium. Et nobilis illa Simonidis, que celebratur apud latinos quoque prouerbij loco:

Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

¶ Raro antecedenter sclestum

Deseruit pede pœna clando.) Testatur Porphyrio hanc Flacci sententiā esse prouerbio affirmem quod dicitur: Dij irati lanceos habent pedes: Cuius sensus est: Di tam et se

## EX CHILIA. ERAS. ANNOT.

7

Tamen si non nunquam tarde uenientibus, tamen uel  
inopinato de malefactis aliquando sumunt poenas.

### ODE III.

Si fractus illabitur orbis

Impavidum ferient ruine. ¶ Allusit ad Graec  
corum proverbum, τί ετ ὄγαρος ἐμπέοι. i. Quid si  
cœlum ruat, quod in eos citatur, qui in tutissimis rebus ri-  
dicule timent.

### ODE IIII.

Non sine dijs animosus infans. ¶ Sic poëta dis-  
xit, quia cum Deo quisq; et gaudet, et flet, ut proverbio  
dicitur. Cum deo autem hoc sit, quod sit fauente numine:  
Contra, sine Deo, quod absq; deorum fauore.

¶ Visam pharetratos Gelonos,

Et Scylticum in uiolatus amnem.) Non est diſſi-  
mile schema ab hoc quod dicitur: Ad Herculis columnas,  
quas authores extra mundi terminos ponunt. Lege Eras.  
in proverbio: Ad Phasin usq;.

¶ Vis consilij expers mole ruit sua,

Vim temperatam dij quoq; prouehunt

In maius.) γιγάντων ἀπόνοια. i. Gigantum  
mentia, Dicebatur ubi q̄s uiribus suis fretus, temere, nul-  
loq; consilio res non tentandas moliretur. Tractum à no-  
tiſſima fabula gigantum. Sed id proverbij eā Flacci p̄ræ-  
scriptā admittit sententiam. Illas itē Homericas Ilia. ¶

Consilio sanè multo, quam robore p̄fstat

Hirsutam quicunq; parat succidere syluam:

Consilio rursum nauclerus in æquore nigro

Dirigit

### IN III. CAR. HORATII

Dirigit undiu agam nauim raptantibus austris  
Consilio, auriga aurigam, uincitq; præitq;.

Istis q̄ppe admonemur in auspicio cedere, quæcūq; citra  
consilium, aduersus deos, aduersus pietatem, ius & æquum,  
per uim instituuntur. ODE V.

- Nec amissos colores

Lana refert medicata fuco.) ¶ Per colorem in-  
nuit Flaccus nō natuum aut genuinum, sed adulterinū.  
Quoniā fucus herbæ genus est, quā Græci φῦκον uocāt,  
tinguendis lanis utile. Hec Eras. in proverb. Fucū facere

### ODE VI.

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo. ¶ Hoc est, lascivas saltationes  
& parum decoras gesticulationes. Nam Ionum mollicies  
perinde atq; Sybaritarū fastus in proverbiū abiit. Vnde  
¶ apud Aristoph. iωνιώς pro eo quod est, ἀερώς, i. mol-

¶ - Et incestos amores Cliter ac delicate.

De tenero meditatur ungui.) De tenero ungui,  
pro eo quod est, à prima pueritia: translatum à catulis,  
quorum unguis nondum duruerunt.

### ODE VIII.

Iam Scythæ lasso meditantur arcu

Cedere campis. ¶ Cedere cam-  
pis, huic confine est, cedere harena, pro à certamine des-  
sistere, et uictoriā ulro cōcedere: translatū à pugna gla-  
diatoria.

### ODE IX.

Quanquam sydere pulchrior

Ille est, tu leuior cortice. ¶ Cortice leuior, est præ-  
herb

*Verbialis hyperbole in homines inconstantes, et lubrica  
fide. Lege Proverb. Subere leuior.* ODE XI.

Nuptiarum expers, et adhuc proteruo

(*Cruda marito.*) Ταχανη γαμων

i.rudis nuptiarum, per ironiam dicebatur in impudicā,  
quod citra nuptias sui copiam faceret.

(*Audiat Lyde scelus, atq; notas*

*Virginum poenas, et inane lymphæ*

*Dolum fundo pereuntis imo*

Seraq; fata.) Notissimæ fabulæ fit

liarū Danai hic mentionem facit Hor. quæ ob sponsos ne-  
catoꝝ has poenas dare dicuntur, ut situlis perstillantibus  
aqua hauriant, atq; in dolū pertusum infundant, graue  
nimirū, sed inutili labore: à quibus tractū est prouerbiū,  
Dolū inexplebile: cuius est uarius usus: quoniā in gluto-  
nes uel edaces, aut cōgruentius in eos, q; bibacitate inex-  
plebili quo plus bibunt, eo plus sitiūt, quemadmodū olim  
dictum est de Parthis. Vel etiā in auaros, quorū cupidita  
tibus nihil satis est, uerū quo magis implētur opibus, hoc  
magis inanes esse uidentur. Hæc Eras. in parœmijs, Do-  
liū inexplebile, et Cribro aq.haur. ODE XII.

Miserarum est, neq; amori dare ludum,

Neq; dulci mala uino lauere, aut ex-

Animari metuenteis patruæ uerbera linguae.

(*Patruorū in nepotes ceu peculiaris genuinaq; seueritas  
prouerbio locū fecit, quod uulgo dicitur: Ne sis mihi pa-  
trius. Cuius idem poëta Sermonū li. 2. Serm. 3. meminuit.*

(*- Siue ego prae*

*Seu recte*

### IN III. CAR. HORAT.

Seu recte hoc uolui, neu sis patruus mihi.  
Patruam item lingua uocat seueram & obiurgatricem  
M. Tull. aduersus Heren. Lege prouerb. Sapere patruos.

### ODE XIX.

Da lunæ properenouæ,  
Da noctis mediæ, da puer auguris  
Murenæ. tribus, aut nouem  
Miscentur cyathis pocula commodis.  
Quæ Musas amat impares,  
Ternoster cyathos attonitus petet  
Vates. treis prohibet supra  
Rixarum metuens, tangere gratia.

¶ Erat mos apud ueteres ut propinantes aut bibitū  
ri deum quempiam aut hominem omnis causa prefaren-  
tur, quæ etiam hac ode poëta sequitur. Sed quod Tres pro-  
hibet supra, inquit, ad ueterum superstitionem pertinere  
uidetur, qua creditum est impares numeros ad omnia ef-  
ficatores esse. De quaternione uitato in poculis scribit et  
Plinius lib. 28. cap. 6. De his plura Erafin adagio: Aut  
quinq; bibe. &c.

### ODE XXI.

Tulene tormentum ingenio admoues  
Plærunq; duro: tu sapientium  
Curas, & arcanum ioco so  
Consilium retegisi Lyæo:

¶ Celebratur cuiusdam Persæ apophthegma, quinco  
gauit tormentis opus esse ad exquirendū uerum, uino e-  
num rectius elici. Vnde diuinæ literæ uelant uinum dari  
regibus

EX CHILIAD. ERAS. AN. 9

regibus, quod ibi nullū sit arcanum ubi regnet ebrietas.  
Quapropter & Plinius libro. 14. capite. 22. Vinum, inquit,  
usq; adeo mentis arcana prodit, ut mortifera etiam inter  
pocula loquantur, & ne per iugulum quidem reddituras,  
voce continet, Vulgoq; inquit Veritas uino attributa  
est. Cuius itē opinioni idē poëta subscribit in arte poëtica.

Reges dicuntur multis urgere culullis,  
Et torquere mero, quem perspexisse laborent  
An sit amicitia dignus.

Et in primo epistolarum libro, epistola 5.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.  
Hæc in parœmia: In uino ueritas. ODE XXIII.

Si figit adamantinos

Summis uerticibus dira necessitas

Clauos.) ¶ Poëtæ Necessitatem deam faciunt,  
Parcaram matrē, quæ & ipse ineluctabiles atq; inex-  
rabiles uocantur. Hanc necessitatem philosophi Fatū ap-  
pellant, quæ est æterna rerū series necessario coherentius,  
Cui ueluti cedens Iuppiter apud Maronem, Fata (inquit)  
uiam inuenient. Hæc in proverbio, Aduersum necessita-  
tem ne dij quidem resistunt.

¶ Vel nos in capitolium

Quo clamor uocat & turba fauentium,

Vel nos in mare proximum

Gemmas & lapides, aurum & inutile

Summi materiam mali

Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Cum Homericō carmine istæ Horatiana conueniunt

### IN III. CARM. HOR.

εἰσ ὁροῦ, ἡ ἐις κῦμα πολυφλοίς έοτο θαλάσσης.  
in monte, tumidæ sue frementis in æquoris undas. Sed cū ui-  
tium aliquod, aut rem alioquinnoxiam, admonebimus pro-  
cul abijciendam esse, hæc præscripta conueniunt. Eras. in  
dictorio, Procul abijciendum.

### ODE XXVII.

Hostium uxores, pueriq; cæcos

Sentiant motus orientis Austri.) ¶ Latinis scri-  
ptoribus à Græcis inualuit usus istius figuræ, ut si quid ti-  
mendum sit, abominantes in hostium caput imprecantur.  
Græci enim sic dicunt, Εἰ τὶ κακόν, εἰς τύρεαν. i. si qd  
mali, in Pyrrham: ubi subaudiendum, recidat aut abeat,  
aut eiusmodi quippiam.

### IN IIII. CARMINVM HORAT.

EX CHILIADIBVS ERAS=  
MI ANNOTAT.

### ODE II.

**N**on semel dicemus Io triumpho.) ¶ In triumphis  
acclamabatur, Io triumpho. Ouidius in ope de ar-  
te amandi dixit, Io Pæan, sic:

Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan:

Decidit in casses præda petita meos. Quid istæc oia  
sibi uelint, & unde translata, Eras. in proverb. Io pæan.

### ODE III.

Et iam dente minus mordeor in uido.) ¶ Quanq; li-  
uor uelut ignis alta petit, est tñ omnino aliquid usq; adeo  
perfectum & illustre, ut cō non possit attingere. Quo lo-  
ciprues

EX CHILIAD. ERAS. AN. IO  
ei peruenisse sese gloriatur ibi Horatius, Et etiam alibi,  
dicens, Inuidiaq; maior. Eras. in parœmijs, Herculei la-  
bores, & Inimicus & inuidus uicinorum oculus.

¶ O mutis quoq; piscibus

Donatura cygni si libeat sonum.) Αφρωνότερος  
τῶπος ἔχθυσιν. i. magis mutus ipsis piscibus, propter  
metaphora est de uehementer infantibus atq; infacundis.  
Pisces enim nullā ædunt uocem, exceptis per paucis, inter  
quos canis marinus. Causam adfert Aristotles, q; his nea-  
que pulmo sit, neq; arteria, neq; gutturi. Erasmus in Ada-  
gio, Magis mutus quam piscis.

ODE IIII.

Qualem ministrum fulminis alitem

Olim iuuentas & patrius uigor  
Nido laborum propulit inscium,  
Ventiq; pauentem: mox in ouilia  
Demisit hostem uiuidus impetus,  
Nunc in reluctantis dracones  
Egit amor dapis atq; pugnæ.

¶ Pullū aio uere aquilino hic graphice descripsit Ho-  
ratius, Cui semper hæret mente, Sic uolo, sic iubeo, sit pro-  
ratione uoluntas. Vide prouer. Scarabeus aquilā quærerit.

¶ Neq; imbellem feroce

Progenerant aquilæ columbam.

E squilla non nascitur rosa, in prouerbio circumfer-  
tur, quod admonet, è probis parentibus nasci liberos pro-  
bos, ex improbis improbos. Hic simili figura dixit Horatius,  
Neq; imbellem feroce, &c.

IN IIII. CARM. HORAT.

¶ Non Hydra sexto corpore firmior

Vinci dolentem circuit in Herculem.) Allusit ad fabulam, quæ de hydra Lernæa iactatur, quā quidam cunctum, quidam octo capitibus extitisse ferunt: è quibus unū erat mortale. Eras. plura in proverb. Hydrā secas.

ODE V.

Diuis orte bonis optime Romule.

¶ Prouerbium resipiunt in genere omnia illa, Iratis dijs, Propitijs dijs, Dijs bonis, Dijs auspiciois. In secundo Sermonum Sermone .7. dixii:

Vertunnis quotquot sunt natus iniquis.

Et lib. 2. Sermone tertio,

Iratis natus paries dijs atq; poëtis. De his Eras mus in adagio, Genius malus.

ODE VII.

Gratia cum Nymphis, geminisq; sororibus audet

Ducere nuda choros.) ¶ al χάρτες γυμναῖ, id est gratiae nudæ. Admonet adagium ut candide ac benigniter impertiamus amicis, Aut ne qd inter amicos filiū aut fucatū, uerum nuda simpliciaq; omnia, Gratiarū sint instar, quæ humanitatis atq; benevolentiae à poëtis dicuntur praesides. Eras. in proverb. Gratiae nudæ.

ODE XII.

Nardi paruus onix elicit cadum.

Non ego te meis

Immunem meditor tingere poculis,

Plena diues ut in domo.) ¶ immunem Latini uocant, quem ἀούμβολον Græci, nempe eum, qui nihil confert

## EX CHILIAD. ERAS. AN. II

confert ad conuiuum, licet aliquando ad res transferatur  
animi, puta doctrinam, uerbus, aut simile quippiam. Aul.  
Gellius li. 6. ca. 13. indicat hanc uocē in proverbiū abijſſe.  
Eras. in diuerbio, Immunem uenire.

## ODE XIII.

Sed Cynaræ breues  
Annos fata dederunt,  
Seruatura diu parem  
Cornicis uetulæ temporibus Lycen.

¶ Viuacitas cornicis in proverbiū abijſſe, quod est, Cor  
nice uiuacior, De uehementer annosis. Hesiodus nāq; cor  
nici nouem nostras etates attribuit, quadruplū eius, cera  
uis, id triplicatum coruis. Hæc in præfato adagio.

## IN Q. HOR. FLACCI EPODON EX ERAS. ANNOT.

## ODE PRIMA.

**H**Aud parauero  
Quod, aut auarus ut Chremes, terra premam,  
Discinctus aut perdam ut nepos.) ¶ Ostendit poëta  
se paruo et iam parto contentū, evitaturumq; ne illud sibi  
objici proverbiū audiāt: Terra defossum habes: qđ dicitur  
in eum, qui non impertit, neq; profert suas dotes, sumptū  
ab auaris thesaurum humo defodientibus, ut apud Plau-  
tum Euclio. Sic Erasmus.

## ODE IIII.

Lupis & agnis quanta sortito obtigit

## IN Q. HORAT. EPOD.

Tecum mihi discordia est.) ¶ Lupus & agnus  
genuino quodā odio dissident, unde ἡ λύκω τὴν ὄψ.  
adagio dicitur, quod est, ouem lupo, quo concinne utimur  
quoties ei seruandum aliquid cōmittitur, cuius gratia cu  
stodem magis oporteat adhiberi. Eras.

## ODE V.

¶ Diris agamuos, dira deprecatio  
Nulla expiabitur uictima.) ¶ Moris plurimum  
improbandi meminit poëta, qui est ut nihil dicant homi  
nes, nisi diras admisceant deuotiones, & imprecamina.  
multa scitu digna apd Eras. inuenies in prouerbijs Aȝȝe  
ieȝȝoȝ, qd est execrationis templū, et Oedipi imprecatio.

## ODE VI.

Parata tollo cornua.) ¶ Tollere cornua, pro  
eo quod est, animo efferrri. Nunc quoq; uulgo tritissimum  
est, unde Ouidius de ebrietate, Tunc ueniūt risus, tūc paus  
per cornua sumit. Et Horatius alibi de Baccho. Et addis  
cornua pauperi. Translatum à pecoribus, quæ cornibus  
oppositis minantur. lege prouerbia, Cornutam bestiā pa  
tis, Tollere cornua, et Ante hac putabā te habere cornua

## ODE XII.

Stercore fucatus crocodili

¶ Fucum simpliciter pro colore reperire licet, & fu  
care pro colorare, ut hic apud Horatium.

¶ Pereat male quæ te

Lesbia querenti taurum, monstrauit inertem.

Taurus ibi matitū significat. Eras. in prouerbio, Tau  
rus in syluam.

Ode

EX CHILIAD. ERAS. AN. 12  
ODE XIII.

Dumq; uirent genua

Et decet, obducta soluatur fronte senectus.

¶ Hæc figura: Genu uiret, proverbialis est, quoties  
iuuentutem significamus. Erasmus.

ODE XIV.

Deus deus nam me uetat

Incepitos olim promissum carmen Iambos

Ad umbilicum adducere.

¶ Ad umbilicum ducere est librum finire atq; absoluere.  
Sunt enim umbilici, interprete Porphyrione, ornamen-  
ta quædam ossea, aut lignea, cornicæ, umbilici nostri for-  
man imitantia, quæ uoluminibus iam absolutis addeba-  
tur. Sic Erasmus. ODE XV.

Sis pectore & multa diues tellure licebit,

Tibiq; pactolus fluat.

¶ Est pactolus Lydiæ fluuius ex mōte Tmololo profluens.  
aureis scatens harenis. unde & χρυσόθός à poëtis co-  
gnominatus, Cuiusmodi narratur & Tagus in Iberia et  
Ganges in India & Hebrus in Thratia. Plinius addit Pa-  
dum in Italia, negatq; ullum esse aurum absolutius, quam  
id quod in fluuijs reperitur, utpote cursu ipso perpolis-  
tum. Lege proverbum, Pactoli opes. ODE XVI.

Forte quid expediat communiter, aut melior pars

Malis carere queritis laboribus,

Nulla sit hac potior sententia, Phoceorum

Velut profugit execrata ciuitas, &c.

Ibi quomodo p̄ cōmune cōsiliū phocēses Ioniae populus

## IN Q. HORA. EPOD. AN.

patrium solum reliquerint deuotionibus adacti atq; execrationibus quibusdā manifestatur. plura apud Erasmū in proverbio, Phocensium execratio

¶ Ire, pedes quo cunq; ferunt, quo cūq; per undas  
Notus uocabit, aut proterius Africus.

Quo cunq; pedes ferunt, pars emia est, pro eo quod est  
quouis. Quadrabit ubi nihil certū spectatur ad quod nos  
strī dirigantur conatus. Idem poēta lib. 3. ode 11. I, pedes  
quo te rapiunt, & aura. Sic Eras.

¶ Reddit ubi Cererem tellus in arata quotannis,  
Et imputata floret usq; uinca.

Que citra nostram operam casu nobis eueniūt, citra  
arationem, citrāq; sementem euenire dicūtur ad agio, qđ  
apparet à fabula insularum fortunatarum originem trā  
xiſſe, Sic Erasmus.

## ODE XVII.

Iam iam efficaci do manus scientiæ.

¶ Dare manus, pro eo quod est, se uictum agnoscere poē  
ta dixit, Nam qui se uictori dedunt, ne interimātur, ultro  
manus ad uincula offerunt.

¶ Oro regna per Proserpinæ,  
Per atq; libros carminum ualentium  
Refixa cœlo deuocare sydera.

Maleficæ mulieres incantamentis quibusdā lunam in  
terrā detrahēre credebantur, unde natum est adagium,  
In tuum ipsius malū lunam deduces, In eos, qui suis ipsoſ  
rū artibus ſibi malū accersunt. Quod olim huiusmodi ſaſ  
gas oculis ac pedibus priuari creditum est. Eras.

IN Q. HORATII FLACCI ARTEM  
POETICAM EX CHILIADI.  
BVS ERASMI ANNOT.

**Q**Vidlibet audendi semper fuit æqua potestas.  
¶ Ad prouerbiū allusit poëta, qđ passim à græcis citatur, Liberi poëtæ atq; pictores.

¶ Et fortasse cupressum  
Scis simulare.

Simulare cupressum, admonet Acron prouerbiū esse,  
à quo piam imperito pictore ortū, qui præter cupressum  
nihil nouerat pingere. Concinne usurpabitur in eos, qui  
quod didicerunt, id ubiq; intempestiuiter inculcant, cum  
ad rem nihil attineat. Erasmus.

¶ Serpit humilius nimiū, timidusq; procellæ.

Serpit humili oratio, quæ pressior humiliorq; est quam  
oportet, semper quasi iacens, nunquā assurgens. Iste qui  
dem dicendi usus à nauigantibus translatus est, aut ab ijs  
qui procumbentes in terram ita repant ne erectos turba  
uentorum auferat. Erasmus.

¶ In uitium culpæ, ducit fuga si caret arte.

Huius carminis Horatiani habetur scita admodū mē  
tio in chiliadibus in prouerb. Nihil minus expedit quam  
agrum optime colere.

¶ Proiicit ampullas, et sesquipedalia uerba.

Ibi grandiloquentiam ampullas et sesquipedalia uer  
ba uocat. Erasm. in parçemia, Ne magna loquaris.

¶ Publica materies priuati iuris erit, si

## IN ARTEM POET. HORAT.

Non circa uilem, patulumq; moraberis orbem.

¶ Ad imitationem pythagorici symboli iubentis publicam viam ingredi, respexisse uidetur poëta. Eras. in dicitio plautino. Nemo quenquā ire prohibet publica uia.

¶ Parturiēt montes nascetur ridiculus mus.

Dici solitum hoc Flacci carmen in homines glorioſos, et ostentatores qui magnificis promiſſis, tum uultus uestitusq; autoritate, miram de ſe mouent exſpectationem, utrum ubi ad rem uentum eſt, meras nugas adferunt. Porphyrius ex Aesopi quopiam apoloſo natum existimat, quem Erasmus eleganter recenſet.

¶ Et iam

Colligit, & ponit temere, & mutatur in horam.  
Mutatur in horā, subinde. Eras. in proverbi. In diē uiuere.

¶ Laudator temporis acti

Se pucro.) Huc pertinet illud grecorum δει τα  
πέρι θέλτιων. i. superior annus ſemper anteponitur.

¶ Multa ferunt anniuenientes commoda ſecum,  
Multa recedentes adimunt.) Hinc Terentius in  
Phormione: Ipsiſ ſenectus morbus eſt: quod proverbiali ſigura dictum uidetur. Nā in ſenibus ut abſit morbus, ipſa ſenecta, per ſe mala ualeſtudo eſt. Quapropter illud fre-  
quens apud Homerum eſt, χαλεπόν γῆρας, id eſt, mo-  
leſta ſenectus.

¶ Nec ſit quinto productior actu.) Solebant come-  
diarum poëte, aut tragœdiarum ſcriptores, fabulas ſuas  
in actus quosdam diſtribuere, unde natum eſt proverbiū.  
Supremum fabulæ actum addere, pro eo quod eſt, extre-  
mum

num finem imponere. Huius farinæ multa sunt in Chilia  
dibus in proverbio, Ad umbilicum ducere.

¶ Nec deus intersit nisi dignus uindice nodus  
Incederit.) Homerus Iliados 1. Palladem inducit ut  
ferocientem Achillem compescat, alijsq; locis numina al-  
legat. Ast ibi Horatius hoc uetat in Comœdijs fieri, nisi re-  
rum difficultas maior sit, q; ut possit humana ope explicat-  
ri. Eras. in proverb. Deus ex improviso apparet.

¶ Ciceris & nucis emptor.

Arbitratur et illud Erasmus inter proverbia referen-  
dum, in hominem de ima plebe, infimæq; sortis.

¶ Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam  
Tonsori Licino commiserit.) Tres Anticyras di-  
xit priuilio helleboro, significans deploratam & im-  
medicabile insaniā. Eras. in parœmia, Nauiget Anticy.

¶ Quām uersus in opes rerū, nugæq; canoræ.

Hic nugas canoras appellat, quas Persius bullatas di-  
xit, sic inquiens:

Bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat.

¶ Speramus carmina fingi

Posse, linenda cedro.) Digna cedro dicuntur,  
que promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudican-  
tur ut posteritati consecrari debeat. Ab arboris natura,  
cuius succo que sunt illita non sentiunt cariem. Hac arte  
Numæ libros, cum essent chartacei, durasse ad annos. 535.  
terræ infossos narrat Plinius lib. 13. ca. 13. Et idem lib. 16.  
cedrum inter æternas materias commemorat.

¶ Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Omnis

## IN ARTEM POET. HORAT.

Omne tulit punctum, et cunctorum calculis, legimus  
pro eo quod est, omniū sententia & comprobatione. Quo  
rum prius translatum est à consuetudine Comitiorū, ubi  
tabella circumferri consuevit, in qua punto apposito si-  
gnificabant cui candidatorū suffragarentur. Posteriorius  
à iudiciorum sortibus. Sic Erasmus.

¶ Non semper feriet quodcūq; minabitur arcus.  
Id est, non semper assequeris quod cupis.

¶ Et citharœdus

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

A cantatoribus ducta translatio est, quibus uchemen-  
ter foedium sit, in ijsdem fidibus sēpius peccare. Et concin-  
ne in eos dicitur, eadem errant chorda, qui uel in simili re-  
crebrius peccat, uel culpam eandem iterū atq; iterum co-  
mittūt. Primus enim lapsus uel casui datur, uel impruden-  
tie, iteratus stultitiae tribuitur aut inscitiae.

¶ Quæ si propius stes

Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Omnino ea uis inest rebus egregijs, ut quo sēpius ac  
presiūs inspiciantur, hoc magis ac magis placeant: con-  
tra, quæ fucata sunt aut uulgaria, nonnunquam initio ar-  
rident nouitate ipsa, mox repitita fordescunt. Quemadmo-  
dum scribit Plinius li. 1, ca. 14. de sylvestri quodam poe-  
mi genere. Hæc Eras. in proverbio, Bis ac ter, quod pul-  
chrum est repetes.

¶ Ludere qui nescit campestribus abstinet armis.

Ethodiernis tēporibus huiusmodi uulgo iactatur pro-  
uerbiūm, Qui lusus non nouit legem, abstineat. Eras. in di-  
uerbio,

*uerbio, Oportet remum ducere qui didicit.*

¶ *Tu nihil inuita dices facies ue Minerua.*

*Latinis celebratissimum est, inuita Minerua, pro eo quod est  
refragante ingenio et repugnante natura, non fauente cœlo.*

¶ *Multa tulit, fecitque puer, sudauit et alsit.*

*Huic contrarium hoc græcorum est adagium οὐθὲν  
ται οὐτε ἡλιόται. i. neque cōpluitur, neque sole aduritur.*

¶ *Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqu.*

*Olim pueri cursu certantes clamare solebant, occupet  
extremum scabies, adhortantes hac uoce singulos ad cur-  
sum, ac male precantes ei qui fuerit omnium postremus.  
Id deductum in adagium est, quo utebantur qui significa-  
bant sese, quocunque modo uelle uincere, neque cōmissuros,  
ut inter postremos sint. Ita qui per fas nefasque rem augēt  
ne non sint inter optimates, quicque malis artibus emergūt  
ad magistratus, possunt alio uocati respondere, extremū  
occupet scabies. Eras.*

¶ *Reges dicuntur multis urgere culullis,*

*Et torquere mero, quem perspexisse laborent.*

*Passim enim uino authores ueritatem attribuunt, quo  
nam tollit animi fucum, et quod in pictore est conditū  
in apertum prouocat, unde diuinæ literæ uerant dari res-  
gibus uinum, quod ibi nullum sit archanum ubi regnet ebris-  
tas. Eras. in prouerbio. In uino ueritas.*

¶ *Et male tornatos incidi reddere uersus.*

*Eleganter Horatius incidi reddere dixit, pro eo quod  
est refingere, ac mutare, corrigeretque. Consimili forma dia-  
cunt, Recoquere.*

Quin

IN Q. HORA. ARTEM PO:

¶ Quin sine riuali, teq; & tua solus amares.

Sine riuali diligere dicuntur, qui stulte mirātur quod  
nemo aliis concupiscat. Veluti Simia catulos suos & mi-  
ratur & amplectitur. Sic Erasmus.

¶ Incomptis allinet atrum

Transuerso calamo signum.

Transuerso calamo signum allinere, pro eo quod est  
damnare. Eras. in proverbio, Vngui notari.

¶ Nec satis apparet, cur uersus factitet, utrum  
Minxerit in patrios cineres.

Qui intemperijs ageretur, cuiq; cuncta cederent in-  
feliciter, in patrios cineres minxisse dicebatur. Antiquis  
tus enim paterni sepulchri magna fuit religio.

¶ Non missura cutem, nisi plena cruoris birudo.

Proverbijs speciem habet illud Horatianū, Quod qua-  
drabit in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus  
immodicos. Cuius ſnodis nonnullos uideas, qui cum ſemel coe-  
perint, nullum faciunt finem, donec defatigati deſiſtant,  
nec rationem ullam habent alieni fastidij, ſed ſuo tantum  
animo negocij modum metiuntur, haudquaquam memo-  
res uetustissimi sermonis admonentis, Ut tum à lusu deſia-  
ſamus, cum adhuc iucundus eſt, ne uoluptatem odij mo-  
leſtia coſequuta contamineſt. Nemo nescit, hirudinem ubi  
ſemel haſerit corpori, nulla ratiōe poſſe reuelli, donec ſu-  
ctu ſanguinis expleta decidat. de hac Pli.lib.ii, cap.34.

IN I. SERMO. Q. HORATII FLAC-  
CI EX ERASMI CHILIAD.

ANNOT.

SNRM

EX CHILIAD. ERAS. AN. 16  
SERMONE I.

**Q**ui fit Mecœnas ut nemo quam sibi sortem  
Seuratio dederit, seu sors obiecerit, illa  
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

**T**Huic non multum abest illud apud Nasonem,  
Fertilior seges est alienis semper in agris  
Vicinumque pecus grandius uber habet.  
Et ille Mimus ex illis Publij ab Aulo Gellio laudatis,  
Aliena nobis, nostra plus alijs placent.

**T**Quin Iuppiter ambas  
Iratus buccas inflat.) **T**Horatius iratus bucca  
cas ad iracundiæ retulit argumentum, Siquidem Buccas  
inflare, fastuosi, turgidi, atque iracundi dicuntur. Eras.

**T**Nil satis est inquit, quia tanti quantum habeas sis.  
**Q**uantū habet quisque tanti fit. Ex Euripide hoc pro  
uerbi uenisse in uulgi sermonem creditur, Cuius haec  
apud Senecam citatur sententia: ubique tanti quisque, quan-  
tum habuit, fuit: et haec Iuuinalis satyri. Quantum quisque  
sua nummorum seruat in arca, Tantū habet et fidei

**T**Tantalus à labris sitiens fugientia captat  
Pocula.) Tantali supplicia, de ijs dicendum, qui-  
bus adsunt quidem bona, uerum his frui negatum est: à  
fabula Tantali sumptum, quæ omnibus ferè nota. Eras.

**T**In felix operam perdas, ut si quis asellum  
In campū doceat, parentem currere frenis.) As  
nū sub freno currere doces, hoc est, doces indocilem. Nam  
equus ad cursum idoneus, Asinus ad equestrem cursum  
inutilis.

IN I. SERM. HORAT.

SERMONE II.

Ne corporis optima lynceis

Contemplere oculis: Hypsea cæcior, illa

Quæ mala sunt spectes.) ¶ Satis apparet Horatius

tum ad Hypseam mulierem quam piam notæ cætitatis aliusisse, de qua proverbum est, Hypsea cæcior, in eum qui supra modum cæciens minime iudicat. Eiusdem farinæ ferè sunt, Talpa cæcior, Cæcior leberide, Cæcior Teresia.

SERMONE III.

Si collibusset, ab ouo

Vsq; ad mala citaret, io Bacche, modo summa

Voce, modo hac resonas, quæ chordis quatuor imita-

¶ Ab ouo usq; ad mala proverbiali figura dixit Horatius, pro eo quod est, ab initio usq; ad finem. Antiquitus enim coenam ab ouis auspiciabantur, malis finiebat. Eras.

¶ Ego met mi ignosco Meuius inquit.

Horatius ibi Meuium alterū Suffenum facit, suis igno-  
scētē uitijs, aliena mordacissime carpente. Qui suffeni-  
dicantur scribit Eras. in prover. Ne mihi Suffenus esse.

¶ Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Serpentis oculus, de his dici consuevit, qui acribus et  
intentis intuerentur oculis: id græci dicunt ὄφεως ὥμ-  
ποι, id est, serpentis oculus. Sunt enim huic animanti oculi  
duriores ac perspicaces.

¶ Turpia decipiunt cæcum, aut etiam ipsa hæc

Delectant, ueluti Balbinum polypus Agne.

Huc respexit poëta qđ Theocritus in ægloga. 6. scribit.  
Etenim

EX CHILIAD. ERAS. AN. 17

Etenim haud raro polipheme, Quæ minime sunt pulchra  
ea pulchra uidentur amori. Nam Balbino stulto amanti,  
etiam polypus Agnæ amicæ, suave quiddam olere uideba-  
tur. Est autem polypus uicum narium graueolentiū: Ita-  
dem ut hircus alarum, unde & polyposos & hircosos dici-  
mus. Proverbum lege, Suum cuique pulchrum:

¶ At nos uirtutes ipsas inuertimus, atque  
Syncerum cupimus uas incrustare.

Hoc est, quæ per se recta sunt, ea nominibus alienis im-  
positis deprauamus. Quanquam potest ad agionis huius  
accedere formam, Ebur atramento candefacere, quo u=   
timur, quum rebus perse decentibus, tectorium inducimus  
qđ tegat & obscuret natuum decus, non augeat. sic Eras.

¶ Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum  
Postulat, ignoscat uerrucis illius æquum est.

Tubera maiora uicia dixit, uerrucas minora, quæ ser-  
mone. s. neuos appellauit. Eras.

¶ Hac lege in trutina ponetur eadem.

Eadem pensari trutina, idem est quod eadem lege, qđ  
& in 2. libro Epistolarum indicat, Romani pensantur  
eadem scriptores trutina.

¶ Neglectis urenda filix innascitur agris

Mira admonuit Horatius allegoria, animū excolen-  
dum disciplinis, alioqui futurum ut inutili sylua uitiorum  
occupetur. filix enim herba inuisa agricolis, quæ totos  
agros occupare solet, nec facile repurgatur ubi semel oc-  
cupauerit. Eras. SERMONE IIII.

Emunctæ naris, durus componere uersus.

C Emunt

## IN I. SERM. HORAT.

¶ Emunctæ naris dicitur, qui est acri exactoq; iudicio, quasi purgatis naribus, muccoq; emunctis. Contra, obese naris dicuntur stupidiores. Eras.

¶ Crispinus minimoq; me prouocat, accipe si uis,  
Accipe iam tabulas, detur nobis locus, hora,  
Custodes, uideamus uter plus scribere possit.

Minimo prouocare, est contemptum ad certamen prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam, minimo digito porrecto. Erasmus.

¶ Fœnum habet in cornu, longe fuge.

In hominem maledicuum ac ferocem dicitur, Fœnum habet in cornu. Inde translatum (ut Acroni placet) quod antiquitus bubus cornipetis fœnū pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent qui forte occurrisserent.

¶ Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Pythagoras aiebat id quod esset colore cādido, ad boñi naturam pertinere: quod atro, mali. Vnde & felicia, alba dicimus, et infames nigros. Eras. in parœ. Creta notare

¶ Hic nigræ succus loliginis, hæc est

Erugo mera.) Infamiam atramenti symbolo potest& significant, ut ibi Horatius facit. Is enim succus, cuius meminit, ille est, quæ plerisq; molliū piscium sæpijs inesse scripsit Aristoteles in libro de partibus animalium. 4. Eras.

## SERMONE V.

### Ad unguem

Factus homo.) ¶ Ad unguem, eundem habet sensum quem, ad amuſim, Ex amuſim, Ex amuſatim, Emuſatim, Amuſatim, pro eo quod est, exquisita diligentia, à marmor

EX CHILIAD. ERAS. AN. 18

marmorarijs sumpta metaphora, qui superinducto ungi, commissuras explorant marmororum. Erasmus.

¶ Nil ego contulerim iocundo sanus amico.

Ad Graecorum allusit proverbum Αναγκαιότερος πυρός ή τύδατος ὁ φίλος, id est, amicus magis necessarius quam ignis & aqua. Et est hyperbole proverbialis admonens neminem tam diuitem aut potētem, quin opus habeat amicorum officijs.

SERMO N E VI.

¶ Naso suspendis adunco.

Naso suspendere, est subdole ac uafre irridere. Plin. lib. ii. cap. 37. docet à suæ ætatis hominibus nam subdolæ irrisione fuisse dicatum. Eras.

¶ Vel merito quoniā in propria non pelle quiessem:

Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrius esse proverbium admonet, quo uetamur obliiti sortis nostræ, maiora conari, quam pro nostra facultate, ab asino Cumano

SERMO N E VII. (sumptum:

Omnibus & lippis notum tonsoribus esse.

¶ Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonsoribus atq; lippis nota dicuntur, propterea q; olim in tonstrinarii confessibus oës rumores narrari consueuerunt. De his plura apud Erasmus in proverbijs. Notū lippis atq; tonsoribus, Balneator, &c. Ne in tonstrinis quidem.

¶ Durus homo, atq; odio qui posset uincere regē,  
Confidens, tumidusq; adeo sermonis amari,  
Sisennas Barros, ut equis præcurreret albis.

Vbi quem alijs quapiam in re longe superiorē significabant

## IN I. SERMO. HORA.

Sicabant, longoq; anteire interuallo, eum albis equis precedere dicebat, uel quod antiquitus equi albi meliores haberentur, uel quod uictores in triumpho albis equis uel atri soleant, uel quod albi equi fortunatores & auspiciores esse credatur. Sed quantum ad Sisennas & Barros, Erat Sisenna & Barrus homines quidam insignita maledicentia, etiamsi Acron Barros legit ut sit Epitheton. Eras.

¶ Vt i non

Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Rupili, Persiq;, parem improbitate & maledicentia significat. Nam Bithus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte, pares audacia, Proinde quoties duo æqualiter improbi cotendunt inter se, ita ut neuter alteri uelit concedere, nō intempestium iter dicimus Bacchium cum Bitho commissum.

¶ Tum prænestinus falso multumq; fluenti Expressa arbusto regerit conuicia, durus Vindemiator & inuictus, cui sæpe uiator Ce~~s~~isset, magna compellans uoce cucullum.

Olim qui fuissent in re qua pim parum honesta deprehensi, uulgari probro Cuculli dicebantur. Id ortum à uincitoribus qui serius cœperissent putare uineā, nec hoc munus absoluissent, priusquam audiretur ea auis, ueluti cessatio nem exprobrans agricolis. prouerbium lege. Cucullus, ubi Erasmus hunc Flacci locum planius interpretatur.

¶ At græco priusquam Italo perfusus aceto.

Ibi Horatius acetum pro mordacitate dixit. Quid alias acetum significet scribit Erasmus in prouerbio, acetū habet

SERMONE VIII.

¶ Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

Lignum ficulnū ut fragile, atq; ad omnia ferē inutile, prouerbijs aliquot locum fecit. Nam ἔνθετο κύκλων, virum ficulnum græci appellant, id est, mollem atq; inutilem. συκίνη ἐπικέρδια, ficulnum auxilium, pro inualido atq; inutili. Et συκίνη μάχαιρα, id est, ficulna machæra pro calunnia. Et συκίνη νόσος, id est, ficulna nauis pro uiliminiq; precij nauicula.

SERMONE IX.

¶ Accurrit quidam notus mihi nomine tantum.

Nomine tantum, prouerbium est quo uulgas tenuem quandam ac uulgarem notitiam significat, tamen ad res animi quandoq; traducitur.

¶ In aurem

Dicere nescio quid puero.) ¶ εἰς οὐς λέγειν, id est in aurem dicere, uel hodie uulgo dicitant, pro eo quod est, clanculum ac secreto commitere. Translatū ab ijs qui proprius admoti ad aurem insurrant, quæ nolint ab alijs exaudiri. Erasmus.

¶ Demitto auriculas ut iniquæ mentis assellus

Quū grauius dorso subiit onus.) Qui deiecto sunt animo, auriculas super humeros habere dicuntur pro uerbaliter. Sumptum à lumentis quæ sic aurium motu te stantur affectum animi, quemadmodum homines fronte & oculis. Erasmus.

¶ Fugit improbus, ac me

## IN I. SERMO. HORA.

Sub cultro linquit.) Sub cultro linqui dicitur, qui  
in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à  
uictima, quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur.

## SERMONE X.

In syluam non ligna feras.) ¶ In syluam ligna fer-  
re, est aliquem eis rebus augere uelle, quibus ipse maxime  
abundet. Eadē ratione dicimus, in mare deferre aquam.

¶ Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet unguis.

Caput scabere, unguis arrodere, gestus hominis sunt  
cogitabundi, & de mutando cuius poeniteat, secum agia-  
tantis. Habent usum proverbialem hæc.

## IN Q. HORAT. FLACCI SERM.

### LIB. II. EX CHILIAD.

D. ERASMI ANNOT.

## SERMONE I.

C Vimale sit palperc, recalcitrat undiq; tutus.  
¶ Palpo percutere dicitur, qui blanditur, ac  
spem inanem uerbis injicit: Translatum ab equis onibus,  
qui plausu manus blandiuntur equis.

¶ Ouo prognatus eodem.) Fortassis simpliciter di-  
ctū est ab Horat. Hoc tamen ad fabulā respicit Leda, que  
grauida ex Ioue in cygnū conuerso, ouū peperit, unde ge-  
mini sunt prognati Castor & Pollux.

¶ Et fragili querens illidere dentem

Illidet solido.) Hæc Horatij sententia nō multū huic  
abest græcorum proverbio, ξυπὸς εἰς ἀκόνυμ, id est, No  
nacula in cotem: dici solitum in hos, qui sortè in eas res in-  
ciderunt

EX CHILIAD. ERAS. AN. 20

ciderunt, in quas minime uolebant. Neq; enim nouacula  
potest in commodius cadere, quam si in citem incurrat.

SER MONE II.

Rusticus, anormis, sapiens, crassaq; Minerua.

Hoc crassa Minerua fieri dicitur, quod inconditus  
simpliciusq; quasiq; indoctius fit. Hinc Horatius Philo-  
phum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus  
atque argutijs instructum, sed ueluti citra artem, philo-  
phiam moribus exprimentem, neq; tam disertum, quam  
simplicem ac sincerum, hoc præfato utitur carmine, Rus-  
ticus, anormis, &c. quod Minerua iuxta poëtarum fabu-  
las artibus, atq; in genijs fuerit præses. Erasmus.

Cœna desurgat dubia.) Dubiam cœnam opī  
param, uarijsq; instructam ferculis appellat.

Non quia nasus.

Illis nullus erat.

Et Nasus in proverbiū abiit, pro iudicio, uelut odo-  
rari, cuius instrumentum est nasus, pro resuscitere, & sagā  
citer deprehensem, atq; animaduersum cognoscere. Et os-  
dor pro suspitione. Lege adagium, Odorari.

Quin corpus onustum

Hesternis uitijs, animū quoq; prægrauat una

Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Diuus Hieronymus in epistola quadam his Horatia-  
nis carminibus, hoc proverbiū non abesse affirmat. Pin-  
guis uenter non gignit sensum tenuem, quod admonet lis-  
tu corporis hebetescere mentis aciem.

OE. IN IL. SERMO. HORA.  
SERMONE III.

¶ Aliena negotia curans Excussus proprijs.) Præ fert hic Damasippus Balneatoris, ut uulgo dicitur, exemplar, q[uod] quoniā in otio uiuit, neq[ue] suis negotijs distinetur, aliena curare solet. Eras. in proverb. Balneator.

¶ Iussit sapientem pascere barbam.

Allusit Horatius ad proverbiū, Barba tenuis sapientes, in eos qui uniuersam uitæ sanctimoniam nō in animo neq[ue] in moribus, sed in cultu constituunt.

¶ Seu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi.

Id est, ne me castiges, à genuina peculiariq[ue] in nepotes patruorum seueritate. Eras.

¶ Immolet equis

Hic porcum laribus.) Loquitur de eo poëta, qui iam ab insania resipuisse uideretur, Inde Translatū quod qui actus intemperij irati numinis, hoc piaculo se consueuerit purgare.

¶ Nauiget Anticyras.) Huic orationi poëta sub esse proverbiū innuit, quo Stoicum insanum notat. Nā Strabo libro Geographiae. duas Anticyras cōmonstrat, Et in altera quæ sit post Crissam oppidum, elleborum nā sci, In altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliacū & Oetam montem, optime temperari, atq[ue] in eam quam plurimis è regionibus ad nauigari sanitatis gratia. Pallias in ultimo libro scripsit supra Anticyrā montes esse magnopere petricosos, in his copiose prouenire elleborum, nigro purgari aluum, albo uomitum cieri, ac superiore corporis purgari. Eras. in proverb. Anticyras nauiget. Post

¶ postquam te talos Aule, nucesq;  
Ferre simul axo, donare & ludere uidi.

Talis ac nucibus olim lusitasse pueros uel Horatius te  
stis est, unde nuces relinquere, est omisis studijs ac nugis  
puerilibus ad grauiora, magisq; seria conuerti.

¶ Adde poëmata nunc, hoc est oleum adde camino.

Id est, adde maioris insaniae materia. Nam oleum adde  
re camino idem est quod ignem igni aut malo fomentum  
seu alimoniam, quo magis ac magis augescat. Vsurpat hoc  
diuus Hieronymus ad Eustochium, dicens, uinum & ado-  
lescentia duplex est incendiū uoluptatis, quid oleum flame-  
me adiçimus? Eras.

## SERMONE IIII.

Vt pote res tenues, tenui sermone peractas.

¶ Huc pertinere uidetur proverbiū, Tenuiter diducis,  
quod dici solitum de ijs, qui pauperum more tenuiter uicti-  
tant. Translatum apparet à mulieribus lanam carminan-  
tibus, Interdum tamen ad exactam curam referunt ac sub-  
tilitatem, ut est hic apud Horatium.

## SERMONE V.

Ire domum atq;

Pelliculam curare iube.) ¶ Qui uoluptati stu-  
dent magis quam formae, unū hōcurant, ut cutis summa-  
nitate, eaq; gratia lazieribus epulis, balneis, unguentis,  
somno, conuiuijs, alijsq; id genus delitijs utuntur. Et hinc  
proverbio dicitur curare cuticulā, cui est confine, Indul-  
gere Genio.

¶ Coruum delusit hiantem.) Hoc dictum est ab

## IN II. SERMO. HORA.

Horatio in eum qui captatorem suum arte frustratus fuerat. lege prouerbium Coruum delusit hiantem.

¶ Recocitus Scriba ex quinq; uiro.) Recoquere pro incidi reddere, qd est refingere ac mutare, corrigereq;

¶ Quæ si semel uno

De sene gustarit tecum partita lucellum,

Vt canis à corio non absterrebitur uncto.

Haud dissimili figura dictum est illud à græcis ad nos delatum, Intestina canem semel ad gustasse periculum est. Admonet hoc, haud facile temperare à peccando, qui semel illecebrā illā, uelut autoramentū uiciorū degustarit.

## SERMONE VI.

O noctes, cœnæq; deum.) ¶ Θεῶν τροφή, id est cibus deorum, de prelautis epulis dicebatur, propterea qd Homerus fingit deos nectare atq; ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere. Eras. in prouerb. Deorum cibus.

## SERMONE VLTIMO.

Mazonomo pueri magno discepta ferentes  
Membra gruis.) ¶ Μαζόνωμων, lancis genus  
prægrande dicitur, quo cibi inferuntur in coniuvium. Eras.  
in adagio, Amazonum cantilena.

## IN Q. HORATII FLACCI LIB. I.

EPIST. EX CHILIAD. ERAS.

ROT. ANNOT.

## EPISTOLA PRIMA.

specia

**S**pectatum satis & donatum Iam rude, quæris  
Mecœnas, iterum me antiquo includere ludo.

**T**Quicunq; à munere quo quis in ocium restituuntur,  
uel ob etatem, uel imbecillitatem, rude donari dicuntur.  
Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores uir-  
ga, quam rudem appellabant, donabantur, qui hinc Ru-  
darij dicti, Et rudem accipere, pro dimitti à munere. Ru-  
dem item donare, pro dimittere.

**T**Ne populum extrema toties exoret harena.

In harenam descendere, pro eo quod est certamen in-  
ire. Harena cedere, pro desistere à certamine & uictoriā  
ultra concedere, Translatum à gladiatoria pugna.

**T**Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Purgata ibi attentam et uacuā innuit. Nam sordes in-  
auribus collectæ auditū hebetat, exemptæ reddit acriorē.

**T**Ut nox longa quibus mentitur amica, diesq;

Longa uidetur opus debentibus, ut piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum

Fames enim & mora, bilem in nāsum coniunct, ut in  
proverbio est.

**T**Non possis oculo quantum contendere Linceū

Plutarchus in commentario quem scripsit aduersus  
Stoicos, testatur famam fuisse de Lynceo, quod saxa & ar-  
bores oculorum acie penetrarit. Apollonius item in Argo-  
nauticis Lynceū usq; adeo fuisse perspicacem dicit, ut etiā  
terram ipsam oculorum acie penetrarit, queq; apud ins-  
feros fieret præuideret. Sunt q; Lynceū primū reperiisse fo-  
dinas metallorum æris, argenti, & auri dicunt.

## IN PRIMVM EPIST. HORA.

Et hinc uulgo natam fabulam, quod ea quoq; uiderit  
que sub terra fieret, Eras in prouerbio Lynceo p̄spicacior

¶ Sunt uerba et uoces quibus hunc lenire dolorem  
Possis, & magnam morbi deponere partem.

Ex opinione Stoicorum cupiditates animi morbos ap-  
pellat, his philosophia medetur, pharmacis uerborum, id  
est monitis salubribus: ut enim corporum morbis pro rde-  
tione ualetudinis alia atq; alia adhibentur pharmaca, ita  
tidem in animi malis, non eadem adhibenda est oratio.  
Sed intertum blandius monendum, interim acrius iurgan-  
dum, nonnunquam dissimulandum & imprudenti phar-  
macon admouendum. Vide prouerbiū, Animo ægrotantia  
medicus est oratio.

¶ Impiger extremos currit mercator ad Indos  
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes  
Cum significamus quiduis periculi subeundum, per  
saxa, per ignes dicimus, Aut per enses perq; ignes.

¶ Quis circum pagos & circum compita pugnax  
Magna coronari contemnat olympia, cui spes  
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ.

Akoviti, id est, citra puluerem, sic græci dicunt, qui  
quis aliqua re citra negocium potitur. Translatum uel  
ab Aph, id est à pulueris cōtactu, quo se spargebat in pa-  
lestrico certamine cōgressurus, Vel certe à puluere quo  
non indecorè sordidari scripsit Horatius lib. i. odarum,  
eos qui certant olympia, qui ue bellum gerunt. Inuenitur  
& avidepsotì, id est citra sudorem & avarepsotì, id est,  
citra sanguinem. Lege prouerbium. Citra puluerem.

Hic

**T**HIC murus aheneus esto.

Murus aheneus hic usurpatur pro certo & immutabili animi decreto, scheme nimirum proverbiali. lege pro herbia, ferreus Aheneus, & Mœnia ferrea non terrea.

**T**O ciues ciues querenda pecunia primum est,

Virtus post nummos.) . Hæc per ironiam dicta sunt. neq; enim sentit Horatius prius habendam rationem facultatum, quam morum, sed irridet sententiam uulgo decantatam, quam his quoq; temporibus pleriq; parientes liberis suis serio inculcat. Lege prover. Querendæ facultates deinde uirtus, & Lucri bonus odor ex re qualibet.

**T**Nec tonsore putas, nec curatoris egere) Ut tutores dabantur pupillis, ita curatores mente captis. Erasm. in proverbio, Nauiget Anticyras.

## EPISTOLA II.

Vixisset canis immundus uel amica luto sus.

**T**Amica luto dicit, quia nihil minus conuenit rostro suillo quam delicie unguentarie, quippe cui id demum dulce olet quod coenum olet. Hæc in proverbio: Nihil cum amicino sui.

**T**Nos numerus sumus, fruges consumere natæ.

Homines nullius bonæ rei, numerus proverbio dicuntur, Translatum uideri potest à calculis, ad nihil aliud utilibus, nisi ad numerum, Eras. in proverbijs. Numerus & Afini mandibula.

**T**Dimidium facti qui cepit, habet, sapere aude.) Age καὶ μισθον τοντός, id est principium, dimidium totius. Hoc proverbio significatū est, maximam difficultatis partem in

## IN PRIMVM EPIST. HORA.

tem in aggrediundo negocio sitam. sic Ausonius:

Incipe, dimidium facti est cepisse, supersit

Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies

¶ Valeat possessor oportet

Si cōportatis rebus bene cogitat uti.) Huc spectat illud proverbiū, primū recte ualere, proxima forma, teratio loco diuitiae. Quo utimur, quoties significabimus aliud alio prius esse, et ijs quæ potiora sunt, maiorē curā deberi

¶ Quo semel est imbuta recens seruabit odorem

Testa diu.) Proinde monet recte Fabius, ut statim optima discantur, propterea, qđ nihil hæret tenacius quam quod rudibus annis perceperimus. Huic non dissimile est illud, Saliuam imbibere.

## EPISTOLA III.

Moueat cornicula risum

Furtiuis nudata coloribus.) ¶ οἰστος καὶ ξοδός, id est, Aesopicus gracculus, quod dicitur in eum, q̄ aliena pro suis usurpat, aliorumq; bonis sese uenditatis

## EPISTOLA IV.

Non tu corpus eras sine pectore

¶ Id proverbiali figura dixit Horatius, & est perinde dictum quasi sine mente. Nam sapientiam & ingenium in pectore atq; corde constituunt, unde & cordatos appellamus prudentes.

## EPISTOLA V.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

¶ Plinius scribit libro 14. cap. 22. uinum usq; adeo nō tis archana prodere, ut mortifera etiam inter pocula lo quan

EX CHILIAD. ERAS. AN. 24

Quantur homines, & ne per iugulum quidem reddituras uotes contineant. Iege proverbum, In uino ueritas.

¶ Ne sordida mappa, Corruget nares

Corrugare nares dicuntur, quæ bilem offendunt, lege Paroemiam, Fames & mora bilem in nasonum coniiciunt.

¶ Ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foris eliminet.

Ex coniuicio nihil foras effutire ibi Horatius inter iucundi coniuuij commoditates commemorat. Eras. in proverbio, Odi memorem compotorem.

¶ Ad summam, locus est & pluribus umbris.

Ad hoc proverbum allusit Horatius quod græci dicunt σκιαὶ, id est, umbræ. In eos dici solitum qui uenissent ad coniuicium non ipsi quidem uocati, sed comites eorum qui uocati fuerāt, sic illos sequentes uelut umbra corporis ultro sequitur.

¶ Sed nimis arcta premunt olidæ coniuicia capræ.

Et ibi ad proverbum allusit, quod est, Septem coniuicium, nouem conuicium.

## EPISTOLA VI.

Et genus & formam regina pecunia donat.

¶ Omnibus quidē nationibus in ore fuit olim istæc sententia, quæ nunc in usu est, pecuniae obediunt omnia.

¶ Quid deceat, quid non obliti cerite cera.

Olim notari dignos atq; improbos & nequam homines Cerite cera dignos proverbio uocabant. Nimirum Ceterum ceram insignem ignominiam appellantes. Acron

& Por

## IN PRIMVM EPIST. HORÁ.

¶ Porphyrius huiusmodi tradidit originem adagij: Romanis Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, Ne suffragij ius haberent, ne leges illas aut æderent aut haberent, eamq; ignominiam abiisse in adagium. De tabulis Ceritibus scribit A. Gellius libro 16. ca. 13. Sed huic proverbi uidetur confine illud. Sutorium atramentum. Eras.

## EPISTOLA VII.

Zephyris & hirundine prima.) ¶ Ibi de primo uere sentit poëta. Nam hirundo ueris nuncia fertur. Eras. in proverbio, Vna hirundo non facit uer.

¶ Non quo more pirus uesci Calaber iubet hospes Tu me fecisti locupletem.) Et his uersiculis pro uerbum subesse uidetur. Calabri namq; hospitis munera rusticana, leuiaq; quæq; magis onerent accipientē, quam iuuent, recte dixeris, aut quæ donantur contempta. Si quidem Calabri, quod pirus abundant, consueuerunt ea hospitiis affatim apponere. Deinde saturos belliorū uisce domum auferre iubent. Quod si recuses eadem porcis obiciuntur. Eras. in adagio, Calabri hospitis xenia.

¶ Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis.

Habet et illud proverbiū symbolum: uult enim Horatius quod talis sciat discriminem rerum uilium & pretiosarum. Agit autem Horatius de ijs qui beneficia non ita conferunt in quosuis, uelut abiijciant, sed ita collocant, ut ex pendant, & eius meritum ac dignitatem cui præstant, & pretium muneris quod largiuntur. Porro Lupini uilitatem proverbialiter notauit et Iuuenalis sic: Tunicam mihi malo lupini. Quam si me toto laudet uicinia pago. Metiri

## EX CHILIAD. ERAS. AN. 25

¶ Metirise quemq; suomodulo ac pede uerum est

Huc respexit Horatius quod uulgo dicitur, Tuo te pe  
de metire, Quod monet ne quis se dilatet ultra conditio-  
nem suam, néue sc ipsum ex assentatorū laudibus aut uul-  
gi opinione, aut formæ fauore, uerum proprijs ac ueris  
dotibus animiq; uirtutibus aestimet. Translatum ab ijs qui  
corporis humani modum, pedum numero aestimant. Eras.

¶ Haud male Thelemachus proles patiētis Ulyssi.

Hic laudat Thelemachum Homericū, qui equos à Me-  
nelao oblatos, recusavit: quum non solum in accipiendo  
muneribus uerecundiam habere debeamus, sed etiam de-  
lectū: iuxta prouer. Nec oīa, nec paſsum, nec ab omnibus.

## EPISTOLA VIII.

Romæ Tibur amem: uentosus Tibure, Romam.

¶ Instabiles uentosos dicimus. Illi uicio se obnoxium fa-  
tetur Horatius. Eras. in prouerbij, Venti campus, &  
Cnips in loco.

## EPISTOLA IX.

Vt tibi se laudare, & tradere coner.

¶ Traduntur, qui commendantur. Lege Eras. in pro-  
verbio, De manu in manum.

¶ Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumq;  
De grege illo est, id est, eiusdem factionis aut con-  
tubernij, Eras. in paroemia, De grege illo.

## EPISTOLA X.

Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit.

¶ Sensus est, haud facile dedisci quæ nobis natura pe-  
nitus indidit, atq; inseuit, ducta metaphora à ramis, quæ

D appo

## IN I. EPIST. HORAT.

apposita furca torquetur alio quam natura posuerat, quæ  
sublata rursum uergunt eodem quo prius. Sic alilib. sermo. 7. dixit idem poëta, Tolle periculum,

Iam uaga profluet frenis natura remotis.

Lege Erasmus in proverbijs, Naturam expellas furca,  
&c. &c., Lignum tortum haud unquam rectum.

## EPISTOLA XI.

Cœlum non animum mutant qui trans mare currūt.

Cœlum hic pro regione accipitur ait Erasmus in pro  
verbio, Toto cœlo errare.

## EPISTOLA XII.

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.

¶ Apponendum hoc græcorum proverbum censuimus, Αὐδρὸς κακῶς προσασθοτος, ἐκποστός ωρ φιλοτ. i.  
Viri siti in malis amici sunt procul. Hæc parçemia notat  
mores amicorum uulgarium, qui hirundinum ritu pro ra  
tione temporum aduolant ac deuolant. Eras. in proverb.  
Viri infortunati procul amici.

## EPISTOLA XIII.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

¶ Hoc carmine eleganter notauit Horatius uitium,  
quod naturaliter omnibus est insitum, ut quippe semper  
alienam sortem magis mirentur, ac suam contemnant &  
fastidiani, optent item inexperta, experta damnent. Siqui  
dem ephippia uocantur quas uulgo sellas equestres appell  
lant, additas in hoc ut cōmodius sedeat eques. Veteres bus  
bus arabant, non equis. Eras.

Quam scit uterq; libens censebo exerceat artem.

Pro

## EX CHILIAD. ERAS. AN. 26

¶ Prouerbiū est apud grēcos, Ἐγώ οἰ τις ἡμέρας  
κατόπιν εἰσάγει τέχνην, id est, Quām quisq; nouit ar-  
tem in hac se exerceat, Quo admonemur, ut quarum rea-  
rum sumus periti, in his dūntaxat disputationis, tractan-  
disq; uersemur: quarum uero sumus rudes eas doctoribus  
cōcedamus, neq; professionem alienam nobis vindicemus,  
neq; in messem alienam mittamus falcam, néue futores ul-  
tra crepidam iudicemus. Eras. in prouerbio, Quām quisq;  
nōrit artem. &c.

### EPISTOLA XVI.

Ingluies & tempestas, barathrumq; macelli.

¶ Hyperbole prouerbiales sunt, cum hominem maiori  
rem in modū edacem, Bibacem, rapacem, helluonem, Cha-  
rybdim, aut Barathrum uocamus. Eras.

### EPISTOLA XVII.

Tu recte uiuis si curas esse quod audis.

¶ Cura esse qd audis, conuenit in diuites, qui ita demū  
felices fuerint, si id studeant esse qd audiūt ab adulatoriis.

Introrsum turpis, speciosus pelle decora.

¶ Pellem aut cutem primam illam rei quasi frontem  
ac speciem aliquando uocamus, unde prouerbiū est, In-  
tus et in cute notus, de eo qui est omnibus modis cognitus,  
perinde quasi dicas, foris atq; intus.

¶ Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;  
Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum.

¶ In eos quadrabunt hæ prouerbiales metaphore, q  
non ex animo, sed mali metu continent à maleficio.

### EPISTOLA XVIII.

Cœcus uti si monstrat iter.

## IN Q. HORAT. EPOD.

Græcorū est prouerbium, μάτε τυφλόμ ὁδηγόρ,  
μάτε ἐκνόκτορ σύμβολο, id est, Nec cœcum ducem,  
neq; amentem consultorem, sub audiendū adhibeas. Di-  
sce, sed à doctis. Consilium pete, sed à consultis. Eras.

¶ Nec uixit male qui natus moriensq; se sellit.

Allusit ad prouerbiū Horatius Λέθε Σιώσας, id est,  
falle uiuens. Quod admonet, in humili fortuna uitam esse  
feliciorem ijs, qui obscure uiuunt, & à publicis negotijs  
ita semoti, ut cum uita decessissent, nemo illos uixisse sen-  
tiret. Ouidius in libris tristium:

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, et intra  
Fortunam debet quisq; manere suam.

¶ Splendidius multo est equus ut me potet, alat rex.

Horatius sub persona Aristippi, ad hoc græcorum al-  
lusit prouerbium: ιππος μὲ φέρει, Κασιλιὺς μὲ τρέ-  
φει, id est, Me rex alit, ac me portat equus. Hinc natum  
est, Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat,  
cum admoneretur, ut missionem peteret, seseq; à militia  
abdicaret, negauit se facturum, his quidem uerbis, Me rex  
alit &c. Significans se commodissime uiuere, ut qui & pe-  
dibus alienis ingrederetur, et aliena pecunia pasceretur.

¶ Omnis Aristippum decuit color.

Ad hoc Horatianum, multa reperies apud Erasmum  
in prouerbio, Omium horarum homo.

¶ Alter Miletii textam cane peius & angue  
Vitabit chlamydem.

Hic uestem molliculam, & parū seueram significat, quo-  
niam Milesiorum mollices in uestitu præcipua erat. In  
cæc

eteteris de cane rabioso sentit

¶ Non cuius homini contingit adire Corinthum.

Venustum iuxta ac uenustum ad agum est, de rebus  
arduis et aditu periculosis, quasque non sit cuiuslibet ho-  
minis affectare, Inde natum, quod, ut refertur apud Sui-  
dam, nec facilis, nec satis tritus fit nautis in Corinthiacum  
portum appulsus. Eras.

¶ Si tacitus pasci, si posset eoruus, haberet

Plus dapis, et rixae multo minus, inuidieque.

Et Hoc prouerbijis annumerandū quidam existimāt,  
Cuius originem ex apolozo, quem in libro de deo Socra-  
tis refert Apulcius, uenisse testantur, de coruo prædam  
nacto, quam uulpes dolo intercepit. Quadrat in eos, qui  
si quid bona rei nacti sint, continuo iactant, ostentantque;  
atque ad eum modum effutunt, ut alij tum obstant quo mi-  
nus eiusmodi plura commoda nanciscantur, tum que na-  
cti sunt interuerterant. Eras.

¶ Nec semel irrigus triujs attollere curat

Fracto crure Planum, licet illi plurima manet

Lachryma, per sanctum dicat iuratus Osirim,

Credite non ludo, crudeles tollite claudum.

Quære peregrinum, uicinia rauca reclamat.

Vocem hanc, Planus, Aulus Gellius lib. 15. cap. 7. com-  
memorat inter uerba inusitata, quibus usus sit Mimus La-  
berius, aitque significare sycophantam. Quanquam eodem  
nomine usus est M. Tullius, eodem significatu in oratione  
qua dixit pro Cluentio. Est aut dictio græca πλαύος, si  
significatque tum erroriem, tum impostorem. Eras. in prouer-

## IN PRIMVM EPIST. HORA.

bio, Tollat te, qui te non nouit.

### EPISTOLA XIX.

Alter rixatur de lana s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> caprina, Propugnat n<sup>u</sup>g<sup>i</sup>s armatus. ¶ Loquitur poëta de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa lit<sup>e</sup>cum amico suscipiunt. Vnde natum sit proverbum Erasmus eleganter docet.

¶ Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum.

Vt roq; pollice pro summo fauore dixit: antiquus enim in pollice fauoris, studijq; significatio erat. Quid porphyrius & Acron super hunc locum sentiant, Erasmus habet in adagio, premere pollicem.

¶ Dente Theonino qui circumroditur.

Theonino dente rodi dicuntur qui conuicijs lacerantur, sumptum à Theone poëta quodam rabiose loquacitatis, petulantissimæq; maledicentie. Eras.

¶ Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.

Et hodiernis temporibus indocto vulgo passum in ore est tum nobis esse cauendum, cum uicini domus ardet. Ad monet proverbum, ut ex alterius malo sumamus exemplum, alienoq; periculo discamus nostris rebus consulere.

¶ Dulcis in expertis cultura potenter amici,

Expertus metuit.

Huc uideas Erasmi proverbia, Mus picem gustans, et Dulce bellum in expertis.

### EPISTOLA XX.

Laudibus arguitur uini uinosus Homerus,

Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma  
Profilij dicenda.) ¶ Non adeft hilaritas cū deest  
uinum

uinum, languet poëtarum ingenium, in uino concalescat,  
Vnde refert Plutarchus in symposiacis Aeschilū suas co-  
moedias potando scripsisse. Excitat enim uini calor inues-  
tiā uim, que torpet nonnūquam in ieiunis, mouet phan-  
tasias, addit impetus, subministrat fiduciam. Eras. in pro-  
verbio, Non est Dithyrambus si bibat aquam.

¶ O imitatores seruum pecus, ut mihi sēpe  
Risum, sēpe iocum, uestri mouere tumultus.

Hic imitationis genus uelut addictum ac seruile ridet  
Horatius. Item Fabius nihil putat ad benedicendum iniui-  
lius, quam ita seruire preceptis artis, ut non ausis digitum  
latum ab illis discedere, si quando cause ratio postulabit.

¶ Iouis auribus ista Seruas.

Lege prouerbium οἰς θεῶν ὁταχθεὶς, id est, ad  
deorum aures peruenit.

¶ Te solum, Tibi pulcher.

Tibi pulcher dixit, pro tibi ipsi placens, lege prouer-  
biū, suum cuique pulchrum.

### IN EPISTOLA AD LIBRVM.

Aut tineas pascē taciturnus inertes.

¶ Tineas pascere dicuntur, que neglecta situ pereūt,  
ductum à uestibus, aut libris diu reconditis, & intactis.

¶ Qui male parentem in rupes protrusit a sellum.

In rupes protrudere, quadrabit in quosdā peruerso na-  
tos ingenio, qui cum ipsi non sapiunt, nolint tamen benc-  
consulentium monitis obtemperare. Natum est à rustico  
quopīā, q̄ cum asinū suū p̄ alpes niuibus obtectas duceret,

IN PRIMVM EPIST. HORA.  
isq; freno non obediret, iratus in rupes protrusit. Eras.

IN Q. HORAT. FLACCI EPIST.  
LIB. II. EX CHILIAD.  
ERAS. ANNOTAT.

EPISTOLA PRIMA.

**D**iram qui contudit Hydram,  
Notaq; fatali portenta labore subegit,  
Comperit inuidiam supremo fine domari.  
¶ Ex Herculaniis laboribus omnium difficilimus extitisse  
fertur, quem in Hydra domanda habuit: Erat enim malū  
pertinax, ac propemodum inexpugnabile, Cuius symbolo  
ueteres inuidiam expresserunt, quod satis in his Horatia  
nis uersibus expressum est.

¶ Romani pensantur eadem  
Scriptores trutina.) Eadem pensari trutina, idē  
est quod eadem lege. Eras.

¶ Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.  
Versus iste proverbialis est, dicendus in eos, qui ad ina-  
saniam usq; impudentes, non uerentur & confessare nega-  
re, & manifesto falsa pro certis affirmare: deniq; quiduis  
dicere ne uicti in disputando uideantur. Huc etiam perti-  
nent illa, Iuppiter orbus, Terra uolat. Erasmus.

¶ Vtor permisso, caudæq; pilos ut equinæ  
Paulatim uello.) Caudæ pilos equinæ paulatim  
uellit, qui quod uiribus atq; impetu fieri nequit, id tempo-  
re atq; assiduitate conficit. Natum è facto quodam ducis  
Sertorij, cuius rei meminit Plutarchus in eius uita. Eras.  
in pa-

in paroxemia, Caudæ pilos equinæ uellere.

¶ Nauē agere ignarus natus timet, abrotanū ægro  
Non audet nisi qui didicit dare.

Vide Erasmi proverbia, Quam quisq; norit artem,  
in hac se exerceat, In dolio artem figurarem discere, &  
Faber cum sis, opera haud facis fabrilia.

¶ Græcia capta ferum uictorem cœpit.

In rebus humanis frequenter usuuire solet, ut qui ce-  
pisse uideatur, ipse captus sit. Lege Erasmus in prover-  
bijs, Cornix scorpium, &, Captantes capti sumus.

¶ Ille per extreum funem mihi posse uidetur.

Id proverbiali figura dixit Horatius, pro eo quod est  
rem factu perquam difficilem præstare, neq; uel tantillū  
aberrare, Sumptum à funambulis. Eras.

¶ Ut uineta egomet cædam mea.

Huic proverbio, Vineta cedere, similimum illud gre-  
corum est, τὸν ἵκοι θραυπὸν διαβάσειο, id est, do-  
mesticum thesaurū calumniaris, siue traducis, hoc est, tua  
ip̄sius carpis lacerasq;. Eras.

¶ Tenui deducta poëmata filo.) Tenui filo, pro  
stilo subtiliori, minusq; grandiloqua oratione. Nam Rhea-  
tores tres faciunt orationis χαρακτῆραe, grandem, te-  
nuem, & mediocrem. Sumpta metaphora à nentibus aut  
texentibus. Erasmus.

¶ Sed ueluti tractata notam, labemq; remittunt

Atramenta, ferè scriptores, carmine fœdo

Splendida facta linunt.) Infamiam atramenti sym-  
bolo poëtæ significabat. Lege prouer. Sutoriū atrament.

## IN II. EPIST. HORA.

¶ Bœotum in crasso iurares dëre natum.

Bœotij apud antiquos male audierunt uulgo. Brutos enim dicebant, stupidos, ac pingues, idq; propter edacitatem et studium, quod istis in exercendis corporibus magis fuit usitatum, quam animis excolendis. Eras. in proverbio, Bœoticum ingenium.

¶ Sedulitas quem stulte diligit urget. Et:

Nil moror officium, quod me grauat.

Ad hoc respexit Horatius, quod uulgo dicitur apud græcos ἄκερος εὐνοι οὐδὲν εχθρός σιαφέρει, id est, Par odio importuna beneuolēti. Eras. iam citato prouer.

## EPISTOLA II.

Talos à uertice pulcher ad imos.) ¶ Cum rem totam significamus, à capite usq; ad calcem dicimus.

¶ Argilla quiduis imitabitur uida.) Argille similis est ruditæ artæ, primo quidem fungi potest dum tenuera est, uerum ubi duruit ingenium, non facile refingitur in alienam speciem. Eras. in proverb. Cera tractabilior

¶ Ibit cō quō uis qui zonam perdidit.

Zonam perdidit, Castrense prouerbium est in ἀχρυπάκτος, id est, eos qui nihil habent nūmorum. Porphyrius à militum consuetudine dicit esse tractum, qui quicquid habent in zona secum portant. Eras.

¶ Hic delectatur Lambis,

Ille Bioneis sermonibus.) Conueniunt hæc duo. Bion autem (ut Acron scribit) philosophus extitit, qui modicissimis dialogis lacerauit poëtas. Eras.

¶ Et sale nigro.) Quod ibi per sal nigrum, id alio

EX CHILIAD. ERAS. AN. 30

lio loco per succum loliginis uult intelligi. Eras. in pro-  
verbio. Thronino dente rodi.

¶ Tres mihi coniuic propè dissentire uidentur,  
Poscentes uario multum diuersa palato.

Nihil uel hodie tritus est, quam hæc Terentij senten-  
tia: Quot homines tot sententiæ. Et eiusdem, Suus cuiq; mos  
est: quibus quam proxime accedit illud Persianum:

Mille hominum species, & rerum discolor usus,  
Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.

¶ Discedo Alceus punto illius, ille meo quis?  
Quis? nisi Callimachus.) Ibi notat poëtas indo-  
ctos, q; inuicem se recitantes audiebant ac laudabat. Eras.  
in adagio, Mutuum muli scabunt.

¶ Expulit elleboro morbum, bilemq; meraco.  
Bibe elleborum, hoc dicto significatur insanire quem  
piam, propterea, quod antiquitus plurimus usus fuerit hu-  
iusherbæ ad leuanda mentis & capitis uitia. Eras.

¶ Pol me occidistis  
Non seruasti ait, cui sic extorta uoluptas,  
Et demptus per uim mentis gratissimus error.

In nihil enim sapiendo iucundissima uita, ut passim dicitur

¶ Non agimur tumidis uelis, Aquilone secundo,  
Non tamen aduersis etatem ducimus Austris.

Nauigare secundis uentis & Aquilone secundo, dici-  
tur ille, cui res ex sententia succedunt. Eras.

FINIS EST ERASMICORVM.

FRANCISCO VIONETO VESVN  
TINO GEORGIVS PICTO-  
RIVS S. D.

**Q**uod sedulò Horatianis carminibus te incumberem  
tum video, & laudo, & uehementer probo: & co-  
quidē magis ex animo, quod infinitæ laudis sit poëta Ho-  
ratius: cuius grauitatem uel inde magnam, atq; immensam  
deprehendes, quod paßim ipsius nomen in diuinis  
Erasmi celebratur literis. Ex quo item studio tuo satis elab-  
orato, motus, hæc ex Ludouico Cœlio Rhodogino, An-  
gelo Politiano, & alijs quos ordo habet, adnotata, in pre-  
fati poëtae scripta, tibi dedico, illisq; te patronum scribo,  
ceu calcar ad maiore (licet hæc satis sit magna) addes le-  
ctionē. Vale ppetuo, atq; præceptorē tuū, ut cœpisti, amda-

LUDOVICI COELII  
RHODOGINI IN ALIQVOT DIF-  
FICILES Q. Horatij Flacci locos, Annotationes.

LIB. I. ODE PRIMA.

**N**unc ad aquæ lene caput sacre.) ¶ Aqua  
rū infinitæ propemodū sunt utilitates, gra-  
tissimæq;: ob id (ut Seneca scribit) magnoru  
fluminū capita uenerantur: ob id item subi-  
ta, & ex abditou asti amnis eruptio, arashabet. Stagna  
queq; que uel opacitas, uel immensa altitudo sacrauit, co-  
luntur. Hæc Cœlius lib. 14. cap. 38.

Ode

**T**Nec regna uini sortiere talis.

Grecis mos erat, ut talis sortirentur qui cōiuicio p̄f-  
sidens, leges decumbentibus diceret, que uocabantur No-  
mi. Hic uero testimonio Varronis Modiperator latine nū  
cupatur, ueluti modum bibendi prescriberet. Rex etiam  
Macrobo: arbitror, quia greci Βασιλέως appellant.  
Cæli.lib.8.cap.6.

**T**Iam te premet nox, fabulaq; manes.

Fabulam fieri, eleganter, docte q; usurpamus pro eo,  
Quod est, munij s uitalibus persungi, & abire, Id quod Per-  
sij autoritas comprobat:

Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum est  
Quod uiuimus, Cinis, & manes, & fabula fieri.  
Hoc uero ex illo Horatiano apparet profluxisse

Iam te premet nox &c. Cælius lib.11.cap.2.

### ODE VII.

Nec me tam patiens Lacedæmon,

Nec tam Larissæ perussit campus opime.

**T**Aemilius probus inquit Lacedæmoniorū moribus  
summa uirtus in patientia statuebatur. Et Seneca testatur  
Lacedæmonios consueisse liberorum suorum indolem ex-  
periri publice uerberibus admotis, illosq; adhortari, ut  
flagellorum ictus fortiter perferrent. Item laceros ac sea-  
mianimes rogare, ut pseueranter uulnera p̄aberent uul-  
neribus. Quam rem copiosius exequitur Lucianus in ser-  
mone, qui est de Gymnasijs. Cælius lib.10.cap.1.

### ODE III.

Imprimeretq; muris

Hostile

## LUDOVICI COELII

Hostile aratrum exercitus in solens.

¶ Non tempero mihi, quin uetus tatis morem subscribam, quo euertendis urbibus aracrum inducebatur, sicuti in condendis idem adhiberi consueuerat. Quod signifcant Senecæ uerba libro de clementia primo. Deinde (inquit) cædibus in exitia gentium serpere, & iniijcere tectis ignem, aratrum uetus tis urbibus inducere. Et Acron interpres, condendis, inquit, atque euertendis urbibus hæc consuetudo fuit, ut aratro fierent. Vnde Vergilius:

Interea Aeneas urbem designat aratro.

Item Cicero de euertenda in Philippicis libro secundo: Ut uexillum uideres, & aratrum circumduceres. In eum quoque sensum accipio illud Propertianum, etiam si doctissimi uiri amplius in eo sub Mandragora uidentur consopiti:

Moenia tum Graio neptunia preßit aratro

Victor Palladiæ ligneus artis equus.

Cœlius libro decimoquarto, cap. r.

## ODE XXVIII.

Quanquam festinas, non est mora longa, licebit  
Iniecto ter puluere, curras.

¶ Humatos proprie dicebant, quos humus iniecta cōtegeret, quem morem & ius pontificale confirmat. Nam priusquam iniecta gleba est, locus ubi crematū corpus est, nihil habet religiōis: iniecta gleba tumulis, et humatū est, et gleba uocatur, actū deniq; multa religiosa cōpletebitur iura. Vnde cadauer ibi apud Horatium inhumatū, ut res ligionis aliquid sortiatur, humum petit. Ex hoc etiam locus

*locus apud Vergilium in sexto explicatur, in quo plus iuu  
sto in arescant interpres. Vergili uerba haec sunt:*

*Eripe me his inuicte malis, aut tu mihiterram*

*Inijce, nang; potes, portusq; require Velinos.*

*Cœlius libro nono, cap. 45.*

## ODE XXXVI.

*Nec multum Damalis meri*

*Bassum Threicia uincat Amystide.*

*¶ Id quod Plinius lib. 14. cap. 22. moris fuisse apud Ro  
manos testatur: quippe, ut plurimum haurirent uno ictu  
sine respiratione. Greci uno uerbo exprimunt ἀμυσί,  
quo significatur, inter bibendum ne fuisse quidem occlus  
sum os aut contracta labra, sed capaciter hausisse, aut ma  
gis quasi ανυοντί, quod indicat, sine respiratione, un  
de etiam producitur uerbum ἀμυστεῖσι, quod est eo  
modo bibere, quod nos latine, nec inepte Amystissare die  
xerimus. Cœlius lib. 4. cap. 26. & lib. 15. cap. 6.*

## LVDOVICI COELII IN II.

## CARMINVM ANNOT.

## ODE XLI.

*S*eruata centum clauibus, et mero

*Tinguet pavimentum superbo*

*Pontificum potiore coenis.*

*¶ Hæc Pliniu uerba ex 14. libro, capite. 22. multum  
buic Flacci loco adferunt lucis, quem connuentes plæ  
rique transiliunt, in aurem (ut aiunt) utrunque sopiti.*

*Pliniu*

## LUDOVICI COELII

Plinius hæc sunt uerba: Apud Romanos bibendi ars hisce  
ferè constabat legibus, Non labasse sermone, non leua-  
tum uomitione, sed plurimum hauiisse uno potu, optima  
fide nō respiresse in hauriendo, neq; expuissē, nihil q; ad  
elidendū in paumento ex uino reliquisse. Cœl.li.4.ca.26.

## COELII IN III. CARM. ANNOT.

### ODE VI.

**M**otus doceri gaudet Ionicos  
Matura uirgo.) ¶ Ut in Suidæ monumentis  
proditur, inter mortales cunctos fuerunt luxui deditissimi  
mi Iones, & adeo (sicut Plutarchus scribit) ut Alcibiades,  
qui polypi uel Chameleontis naturam ferè exhibebat, az-  
faciunt, egregius propugnator erat, in Ionia in mollicie,  
inertia, & deplorata uoluptatem (quod hæc eius gen-  
tis sunt peculiaria) delapsus sit. Propter quod in comicis  
græcis, Ionicum pro molli & delicato inuenias positum.  
Ioniā item legimus omnium primam unguentis delibu-  
tam, ornatamq; corollis decubuisse, Mensæ quoq; secundæ,  
insigne luxus irritamentum, non aliunde irrepsisse uidetur.  
Sit tamen illud auctarij loco, Ionia si accentuculā  
in postrema recipit apud græcos, locum significat ubi uio-  
la nascuntur, quæ dicuntur, la, Sicuti Rhodonia, ubi, ro-  
se. Sed hic apud Horatium Asie regionem, quæ ciuitates  
numero duodecim ab eruditis celebratas habeat, ab Ionio  
Apollinis & Creuse filio nominatā. Celius lib.4.cap.10.  
Cœlij

## COELII IN LIB. EPOD. ANNOT.

## ODE XVI.

**N**ec fera cœrulea domuit Germania pube  
 Romam.) ¶ Ibi Germanos cœruleos uocat Ho-  
 ratius, quod ad oculos referri potest. Nam qui sub septen-  
 trionibus agunt, tradente Victruvio, immanibus sunt cor-  
 poribus, candido colore, directo capillo & rufo, cæsijs o-  
 culis, sanguine multo: quoniam ab humoris plenitate, coe-  
 liq; refrigerationibus sunt cōformati. Qui uero ad axem  
 accedunt meridianum, breuioribus uisuntur corporibus,  
 colore fusco, capillis uibratis, oculis nigricantibus, cruri-  
 bus inualidis, sanguineq; exiguo. Cœlius lib.10. cap.21.

## COELII IN ARTEM POET. ANNOT.

**E**T fortasse cupressum

Scis simulare.)

¶ Cupressum  
 simulat, de pictore malo & imperito dicitur, ut expo-  
 sit Porphyrio, qui aliud prorsus nihil expingere norit,  
 quam unam rem. De hac arbore et aliud in proverbio est,  
 Nempe, Cupresso similia: de his quæ pulchra atq; sublimia  
 uidentur, sed fructu carent. Nam arbor hæc, uti Plinius  
 docet lib.16. cap.33. natu morosa, fructu etiam superuacula  
 est, baccis torua, folio amara, odore uiolēta, ac ne umbra  
 quidem gratiosa. Cœlius libro decimotertio, capite trige-  
 simo secundo.

¶ Quis tamen exiguos elegos emiserit author  
 Grammatici certant & adhuc sub Iudice lis est.

E Propter

## LUDOVICI COELII

Propter inconstantiam quæ inter grecorum est autores de his rebus, sic Horatius loquitur. Sunt enim qui ele-  
gum carmen primitus enunciatum tradant, à Naxio quo-  
dam. Sunt item alij qui à Polymnesto Colophonio. Cœlius  
lib. 5. cap. 22.

¶ Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Fuit Archilochus præcellens poëta, si quis auferat ob-  
scenitatem ac uerborum virulentiam. Inde apud Cicero  
nem in epistola ad Atticum, amarulenta, scelleq; conspersa  
sa multo, imò defricta edicta vocantur Archilochia. Huc  
quum Archias occidisset, à templo quasi scelestus exire ab  
Apolline iussus est: musarum enim amicū occiderat. Cœ-  
lius lib. 6. cap. 36.

¶ Et tragicus plerunq; dolet sermone pedestri.  
Allusum arbitror ad tragici cothurni maiestatē, q; est uen-  
tuti equestris, comicæ humilitatis ratione. Cœli. ii. ca. 54

¶ Dicitur & plaustris uexisse poëmata Thespis,  
Quæ cancerent, agerentq; peruncti fecibus ora.  
Post hunc personæ, pallæ q; repertor honestæ  
Aeschilus.) Batrachion coloris erat species, quo  
ante excogitatas personas obungebant faciem. Cœlius lia-  
bro 10. cap. 10.

## COELII IN I. SERMO. ANNOT. SERMONE III.

S Trabonem  
Appellat petum pater.) ¶ Oculos esse humani cor-  
poris partem pretiosissimam, ut qui lucis usu uitā à morte  
distinguat, rectissime à summis autoribus dictum opinor:  
herum

ueram homini eos deprauari, à magnis item traditum est  
authoribus, unde orta sunt Strabonum & Lucinorum co-  
gnomina, quibus parui uidelicet utrinque oculi. Et petorū,  
quibus oculi leniter declinantur, & cum uenustate. Hinc  
Veneri petos attribuunt oculos, quod uitium quidem sit,  
sed non aspernabile. Sic legimus in carmine quodam:

Minerua flauo lumine, Venus peto. Celius li.8. cap.19

¶ Dum tu quadrante lauatum

Rex ibis.) Si quis balneum ingredi statuerat ue-  
terum tempore, quadrantem soluere cogebatur balneato-  
ri. Celius lib.16. cap.47.

### SERMONE X.

Post medium uisus noctem cum somnia uera.

¶ Somniale uaticinium propè solis emersum, sedata  
paulum uaporum, externarumq; rerum cura, cōtingere,  
proditum est literis. Id fieri putatur, non solum ea de caus-  
a, quod percocta ciborum mole, amplius sobrij sumus: Se-  
pius enim cibo inanes quietem petimus, neq; tamen contin-  
git uisionum perspicuitas: Sed eo item nomine, quod ex  
solis, phœbiq; uatis, ut veterum more loquamur, accessu,  
roborari uaticiniū solet. Sanguinei quoq; spiritus, igneiq;  
ea hora dominantes, claritate sua somniali conferunt cla-  
ritati. Accedit id euidēs quoq;, qđ obuersantia exp̄ḡfa-  
cti mox cōsequentium imaginū turba non confundimus.  
Celius lib.14. cap.42.

¶ Sepe stilum uertas, iterum quæ digna legi sunt  
Scripturus, neq; te ut miretur turba, labores,  
Contentus paucis lectoribus.) Quoniam poë-

## LUDOVICI COELII

ticos excutimus scrupos, admonitum uolumus sciētissimū  
quēq; nil esse in hoc scriptorū genere per incuriam tran-  
siliendum: quod uirum lectionis uberrime Politianum, diū  
ageret etiamnum in humanis commouisse, sat notum est,  
cū diceret illud Horatianū pperā à maleferiatis enarrari  
Nam, inquit, stilum uertere, est inducendi expungendi;  
causa stili partem exacuminatam surrigere, qua scribie-  
mus, altera, quae retusior est aut latior, proclinata, &  
scriptis delendis impacta. Quippe Hieronymus quoq; me-  
liorem stili partem uocat, quae peiora de authoribus cōso-  
diat eradatq;. Cœlius lib. 13. cap. 24.

## COELII IN II. SERMO. ANNOT.

### SERMONE III.

**H**Ic simul accepit patrimoni mille talenta,  
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps  
Mane domum ueniant,) ¶ Heliogabalo impera-  
trinulla fuit uitaniſi in uoluptatis nouæ exquisita ratiōe,  
unde dulciarios, lactarios, pomariosq; in delitijs habuit,  
qui ex diuersis edulijs diuersas illi struerēt lautitias. Cœ-  
lius lib. 15. cap. 8.

¶ Filius Aesopi detractam ex aure Metella,  
Scilicet ut decies solidum absorberet, aceto  
Diluit insignem Baccam.

Horum uersuum talis est intellectus, Clodius Aesopi  
Tragœdi filius, ut experiretur in gloria palati (ut inqt  
Plinius) quid saperent margaritæ, singulos uniones con-  
uiuis absorbendos dedit. Cœlius lib. 15. cap. 3.

Sermone

Qui quamvis periurus erit, sine gente, cruentus  
Sanguine fraterno, fugitiuus, ne tamen illi  
Tu comes exterior, si postuleti ire recuses.

Hic sciendum est, comitem exteriorem uideri ab Ho-  
ratio dictum, à sinistris affectantem. Nā in sanctis quoq;  
literis adnotatum est dextrum dici pro interiori, sinistrū  
pro exteriori. Cœlius lib. 5. cap. 29.

SERMONE VI.

O noctes, cœnasq; deūm, quibus ipse, meiq;  
Antelarem proprium uescor.

Cœnas deorum in hoc loco, que citra omnem sunt  
sollicitudinem, intelligo. Cœlius lib. 15. cap. 7.

SERMONE VIII.

Procedit fuscus Hidaspes  
Cecuba uina ferens, Alcon chium maris expers.

Vt cuius nodus iste pateat, cuiusdā piscatoris, usum  
est apponere oraculū per celebre, Esse Dionysium demer-  
gendū in mare. Id autem significabat, vino marinam a=  
quam affundi oportere: Facit enim ea defecatius uinum,  
firmius, & incorruptius. Quoniam aquæ marine ratio ui-  
deri potest ea, quod frigiditatem illius exigat caliditas  
innata, quæ maxime uini restinguat uim, corrumpitque.  
Quod & Plinius lib. 14. cap. 19. probat. Nec non Varro,  
quum circa Liberum patrem delphinos scribit uersari.  
Ast uina esse quedam, quæ non patientur admixtionem  
aque, his prædictis uerbis Horatius docet. Cœlius lib.  
decimoquarto, cap. 8.

LUDOVICI COELII  
COELII IN I. EPIST. ANNOT.

EPISTOLA II.

**N**os numerus sumus fruges consumere nati,  
Sponsi Penelopes, Ne bulones, Alcinoiç.

¶ Aristoteles tanto studio amplexabatur philosophiam, ut dicere non dubitarit, eos qui artes reliquas conseruantur, hanc negligerent, esse Penelopes procis similes, qui, ut traditum ab Homero nouimus, cum domina potiri nequissent, ad ancillas diuertebant. Quam tamen sententiam Dionis ascribunt alij, ueluti sit philosophia, artus, & scientiarum princeps, ac ut M. Tullij aduocatione utamur, uite dux, uirtutum indagatrix, expultrixque uitiorum, ut uel hinc perspicuum fiat, quanto ducantur error, qui philosophos ut cōtumaces et refractarios incessanter fallunt. Hinc ergo natum ad agium, ut Penelopes procos distemus quoscunq; uiliarum scientiarū affectatores. Nec tamen me fallit Horatium aliquorsum trahere prouerbium in prescriptis uersibus. Nam uoluptatibus mancipatos, nec ullam prorsus rationis lucem capientes, econamine uidetur intellexisse. Viliissimum item quenq; Numerum appellauit, tanquam ex multis unum. Cœlius lib. 16. cap. 8.

EPISTOLA VII.

Reddes nigros angusta fronte capillos.

¶ Vehementer adnotandum puto, quod scribit Albertus Magnus, Virilem etatem ac senum præcipue, insigniter arescere. Cui rei argumentum suggestum membrorum duricies & laxior cutis ac corrugata, quod frigiditas

tas efficit cum siccitate. Quippe laxat hæc, contrahit in rugas illa: frigidum enim complicat constringendo. Ex ijs porrò liquere arbitror cur sit ab Horatio enunciatū, Red des nigros etc. quo iuuenilis indicatur ætas. Cœl. li. 10. c. 62.

**T**Vilia uendentem tunicato scruta popello.

Scruta uerbum rarum est, qñ id latinæ elegantiæ studiōsi haud ferè, præter paucos admodum, censuere admittendū, sed cuiusmodi sit uerbi eius notio, rarioꝝ etiamē num est infrequentiorq; qui se scire profiteatur. Nam A<sup>s</sup> croni, & in alijs item parum curioso, satis superq; uisum est, dicere, scruta uulgas scrutas uocat. Aliter, Scrutū est fractum milium. Sunt qui pelles aut intestina interpreten tur. Ego uero amota omni uiscica, quæ gloriolas captan= tibus nimio plus familiaris est, eo uerbo ueteramenta on nifaria significari puto, quæ cū usu iam detrita sint, pre tio item diminuta censem̄t. Scrutaria item inde uilissima qu.eq; dicuntur. Quod et A puleius fabulæ græcanice lib. 4. testimonio confirmat. Cœlius lib. 10. cap. 56.

### EPISTOLA XI.

Nec qui

Frigus collegit furnos & balnea laudat.

**T**Proverbium erat prioribus in pauperes, qui assidue frigerent, tremerentq;, eos de balneo cogitare & furno conducendo dicitabant. Celius lib. 15. cap. 47

**T**Penula solstitio campestre niuibus auris.

Apud Hieronymum profemorale hoc positū compe ries, qđ uulgo succinctorium, aut campestre uocat. Aurelius August. ciuitatis diuinæ, li. 14. Campestria, inq; latinū

## LUDOVICI COELII

uerbum non est, sed ex eo dictum, q̄ iuuenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita succincti sunt, campestros uulgas appellat. Cœl. li. io. c. 21.

## EPISTOLA XVIII.

Sepe periscelidem raptam sibi flentis.

¶ Obiter notandum, periscelidas dici, quæ uulgo gremialia uel trauersias dicitant. Menander quoq; puellas gestare periscelidas scribit. Cœlius lib. 3, cap. 43.

¶ Fracto cruce Planum, licet illi plurima manet Lachryma, per sanctum dicat iuratus Osirim Credite, non ludo.) Eos homines recte personatos dixeris, qui offutijs & sutelis aliud omnino quam sint praferunt, hominibus sublinentes ora: quiq; (ut eleganter Seneca ait) personam malunt quam faciem. Inter hos autem sunt qui dicuntur Plani. Gellius putat in M. Tullij oratione pro Cluentio, Planos esse sycophantas, sicuti apud La-berium quoq;. Alij Planos non sycophatas, delatorésue accipiunt, sed scurras, ne hoc quidem simpliciter, sed certos sui generis impostores, decollatoresq; à fallendo nomina-tos, ut docuit Atheneus. Inter hos maxime memorabilis Pantaleon, qui decessurus utriq; filio imposuit, seorsum ijs prodendo qua parte domus infodisset aurum, quod nusq; erat. Cœlius lib. 6, cap. 29.

## EPISTOLA XIX.

Vt puerum sœuo credas dictata magistro

Reddere, uel partes minima tractare secundas.

¶ Persona primarum partium intelligitur, que sepius astu ingreditur, cū habeat Comœdia quinq; actus. Secundarum

darum uero, quæ minus minusq; procedit. Quia in parte  
Porphyrio inquit, secundarum partiū actores omnia sub-  
missæ agunt. Cœlius lib. 5. ca. 8.

## EPISTOLA XX.

¶ Forum, putealq; Libonis Mandabo siccis.

Quid sit puteal apud Persium & Horatium, non ferè  
nideo inter grammaticos constare, imò cōmentitia à plae-  
risq; afferri in album, & quæ anchoram ne sacram qui-  
dem habeant qua subsistant, & conuellentium reflatus cō-  
temnant. Nos quod ad eam rem indagine uaria uenati sic  
mus, iam hic promemus, si poëtarū prætexuerimus uer-  
siculos, & fluctuantes interpretum sententias. Persius igi-  
tur sic: Si puteal multa cautus uibice flagellas. Horatius  
sic: Forum, putealq; Libonis, &c. Audio quosdam scribe-  
re, puteal prætoris tribunal, sub selliumq; esse. Acron rea-  
fert esse locum ad quem conueniunt sceneratores. Por-  
phyrio sedem fuisse prætoris prope arcum Fabianum,  
ita nuncupatā, quia à Libone illud primū tribunal, et sub-  
sellia collocata fuerint. Est qui interpretetur dici puteal  
quod ibi creditor debitori dans bona, tanquam in puteum  
mittit. Ego uero in ueterum libris comperio, in cōmitio,  
in ipsis gradibus, ad leuam curiæ, fuisse Accij Nauij sta-  
tuam capite uelato, in quo loco is cotem nouacula disci-  
derit: Qui locus, inqt Dionysius, uocatur à Romanis pu-  
teus, ubi ara est subterranea. Cicero autem in diuinis  
tionibus, cotem, inquit, et illam nouaculā defossam in com-  
mitio, supraq; impositum puteal accepimus. Est uero pu-  
teal, sicut apud Iureconsultum obseruauimus Pomponiū,

## LUDOVICI COELII

digestis de Actionibus Empt. & Vendit. quo putei ope-  
riuntur, hoc est, uelut umbella quædam aut petasus, qua-  
lem pyramidalibus impositum Plinius li. 35. scribit: qua-  
lisq; in Patauino uisiturn foro concinne fastigatus, pre-  
terq; plumbeis inductus tabellis, inibi uero iudicia exerce-  
ri solita neminem puto latere, cum is locus in Comitio fo-  
ret: quod inde appellatum Varro scribit, quod illuc coirēt  
Comitijs curiatis & litium causæ. Huius quoq; alibi mea-  
minit Horatius libro secundo, sermone septimo:

Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras.

Inuenio in Græcorum thesauris fuisse in Attica iuri dis-  
cendo stationem, siue iudiciale forum, quod diceretur, ερ  
φρέατι, id est, in puteo, in eo cause reorū agebantur, qui  
cædis uoluntarie semel accusati, rursum sponte admissi fa-  
cinoris, iudicium subirent. Fuit et Romæ locus publicus,  
in exquilijs, ut Varroni placet, quem puticulos uocabant,  
quoniam illic esset sepulchrum miseræ plebi; quod idem  
Horatius in Sermonibus significat, octauo Sermonc:

Hinc miseræ plebi stabat commune sepulchrum.

Cœlius libro sexto, cap. 17.

## LIBRO II. EPISTOLA I.

Ostenerum pueri balbumq; poëta figurat,

Torquet ab obscenis iam nūc sermonibus aurem,

Mox etiam pectus præceptis format amicis. &c.

¶ Si quis ueteres diligentius euoluerit, certe doctissi-  
num quemq; sic de Poëtica prodidisse animaduertet, uca-  
luti sit ea prima quædam philosophia, que nobis ab incu-  
nabulis quodammodo uitæ rationem commonestret, quid  
agend

agendum, quid' ue declinandum, adeo, ut nonnulli postea dicere minus addubitauerint, poëtam solum esse sapiensem, quod etiam cum Pythagoricis comprobat Aristoxenes. Cœlius lib. 4. cap. 1.

## ANNOTAT. COELII FINIS.

**EX ANGELI POLITIANI MISCELLANIIS IN  
HORAT. ANNOT.**  
LIBRO I. ODE XXXVIII.



Displicent nexæ philyra coronæ.

¶ Philyra qd sit uideo nesciri à plæriscqz, peruerseçqz etiam à nonnullis interpretibus accipi. Nam uocabulo eo sic utitur Horatius

Primo Carminum:

Displicent nexæ philyra coronæ.

Et Ouidius item quinto Faſtorum:

Ebrius, incinctus philyra coniuia capillos

Saltat.) Quo apparet usum ipsius apud ueteres in coronamentis fuisse percelebrem. Iam primū igitur si cōferas, quæ super philyra Theophrastus in tertio de plantis, quæ ue item Plinius in decimo sexto naturalis historiæ narrant, facile nimirum cognosces, eandem apud nos esse Tiliam, quæ Philyra sit apud Græcos. Ac sic etiam Theodorus Gaza quantumvis homo doctus & diligens, interpretatur. Porro autem tunicula etiam quedam

ex libro

## ANGELI POLITIANI

ex libro ipso Tiliæ arboris: Vel ad eius imitamentum fas  
tæ: quibus aut lemnisci fieret. i. fasciæ de coronis pendu  
læ: aut libelli græco uocabulo peculiariter appellatae phi  
lyræ. Testatur partem ex his eodem libro Plinius his uer  
bis. Inter corticem & lignum, tenues tunicas, multipli  
ci membranae quibus uincula Tiliæ euocantur tenuissi  
mæ earum philyræ, coronarū lemniscis celebres antiquos  
rum honore. Rursusq; idem libro primo atq; uigesimo de  
lemniscis et philyris ita meminit. Crassus diues primus ar  
gento, auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. Ac  
cesserunt quoq; & lemnisci, quos adiici ipsarum corona  
rum honos erat, propter hetruscos, quibus iugis nisi aurei,  
non debebant. Puri diu fuere ij. Cælare eos primus insti  
tuit P. Claudius pulcher, bracæasq; etiam philyræ dedit.  
Porro lemniscatas coronas, etiam(ni fallor) in numismate  
tis Laurentij Medicis identidem uidemus: deq; his mentio  
quoq; apud Suetonium: sicuti item à Pompeio Festo lema  
niscorum uocabulum diligenter exponitur: deq; lemniscis  
itidem nonnihil Tertullianus quoq; in libro de Corona mi  
litis. Nicas autem in commentario, quem per ordinem lia  
terarum composuit, græce ille quidem, sed in hunc fermè  
intellectum Philyram interpretatur. Philyra inquit, plan  
ta librum papyro similem habens, ex quo etiam funes co  
plicant. Esse autem ductilem philyram lanicij modo, uel  
netilem potius, innuit et Tertullianus idē in libello eo, qui  
de pallio inscribitur. Quin Herodianus etiam græcus au  
thor, olim à nobis in latinum conuersus, & Innocentio os  
tauo Pontifici maximo dedicatus, libro ipso historiæ pri  
mo

mo mentionē libelli facit è philyra tenuissima, utroq; uer  
sum replicabili. Sed et Capella Marciānus libro de phila  
logiae nuptijs secundo . Cernere erat, inquit, qui libri,  
quantaq; uolumina, quot linguarum opera ex ore uirgi  
nis desfluebant. Alia ex papyro, que cedro perlita fuerāt  
uidebantur. Alij carbasinis uoluminibus implicati libri,  
ex ouillis multi quoq; tergoribus . Rari uero in philyre  
cortice subnotati. Tū ista quoq; Vlpiani uerba reperias  
in Titulo digestorum, De legatis et fidei commissis, libro  
rum appellatione continentur oīa uolumina, siue in char  
ta, siue in mēbrana sint, siue in qualibet alia materia. Sed  
et si in philyra, aut tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in ae  
lio corio: idem enim erit dicendum. Deniq; etiam Eustas  
thius in commentario secundo Homerice Odisseae, facta  
prius de nauticis rudentibus mentione, corticem tiliæ dia  
cit, quam græce philyram nominat, plurimā in id genus  
funium suppeditare materiam. Receptum autem uidetur  
ex eo, uti coria quoq; singula, uel tunicas aut membranu  
las etiam materiæ disparis à tilia, philyras uocēt, aut phi  
luras, y græca in u commutata, ueteri et peruulgata la  
tinorū consuetudine. Sicuti de papyro agens Plinius li. 13.  
Præparatur ex eo, inquit, chartæ diuise acu in prætenues  
sed quāmlatiſſimas philuras. Nam illud utiq; ad hæc enar  
rand a neutiquam pertineat, quod idem ait Plinius lib. 14.  
Philyra cocos et polline, nimium salem cibis excimere. Po  
litianus Miscellaneorum centuria prima, Cap. 72.

## EPODON ODE XVIII.

Inultus et turiferis Cotyttia.

Cecrop

## ANGELI POLITIANI

¶ Cecropiam soliti Baptæ lassare cotyton. Hūc Iune  
 nalis uersum Domitius expositurus, erraticis (ut ita dixea  
 rim) suspitionibus fibulam laxans, ineptias hallucinatur,  
 & nugas meras: Baptas esse inquiens Cereris sacerdotes,  
 Cotyton Cererem: nec arbitror hoc unq̄ dixisset, si qđ in  
 hoīe nō pudoris dixerim, sed sensus oīo uestigii fuisse.  
 nos enim tunc demū credituri, cū quippiā proferetur, quo  
 satis certo authore stetur. Sed est hoc familiare huic (agā  
 enim iam liberius) ut cū nihil explicare posse, impliceat, et  
 qcquid obuiū sit arripiat, eoq; feratur diffidente consciencie,  
 quo deniq; ipsum impetus errabundæ opinionis impel-  
 lit. Nos antiquā Comœdiām poētæ Eupolidis, innui suspi-  
 camur, qđ ueterū excellens authoritas p̄suasit. Etenim de  
 ea sic Platonius græcus author, ubi de Comœdiarū diffe-  
 rentijs agit, ισημερ ἵγουν τὸν ἔντολην ἐπὶ τῷ διδά-  
 ρξαι τοὺς βάττας ἀπονύγεντα εἰς τὴν θάλασ-  
 σαν ὑπὲκίνωρ εἰς οὐρανοθή ἡγε τοὺς βάττας: sci-  
 mus, inqt, Eupolin, quoniā Baptas fabulā docuerit, ab ijs  
 ipsis in mare submersum, cōtra quos Baptas emiserat. Lu-  
 cianus quoq; in ea oratiōe, que inscribitur ad ineruditū,  
 multos emptitantem libros in hāc fermè suā: Dic mihi,  
 inqt, etiā ne Eschinis orationē aduersus Timarchū legis,  
 an uero illa oīa scis, et nosti singula: Aristophanem uero  
 & Eupolin subisti, Baptas integrā fabulā perlegisti.  
 Tum nihil ex his pertinere ad te putasti, neq; ea cū agnos-  
 sceres erubuisti. Sed & Hephestion in enchiridio de aca-  
 talectis agens, duos citat uersiculos ex Eupolidis Baptis.  
 Et Suidas, unū ex eisdem in uocabulo, qđ est Atrypheros.

Iam primum igitur constare opinor Baptas Comœdiam fuisse ueterem & mordacem poëtæ Eupolidis. Quod aut Comœdiæ argumentum, quæ materia, per ipsa quæ nunc extant uestigia sagaciter indagabitur. Athenienses igitur ea tempestate sacra quædam religionesq; peregrinas nouosq; deos asciuerant, quibus nocturnæ peruigilatōes essent institutæ, magnorum dein flagitiorum causa, sicuti Romæ Bacchanalia. Sed inter sacra cætera fuere etiā quæ dicerentur cotyttia. Contra hæc nocturna Cotyttia scripsisse Eupolin Baptas putamus: sed & alios Comicos, interq; eos Aristophanē quoq; uidemus totū hoc genus persuigiliorum & peregrinitatis exagitasse. Sic ut Iuuenalis quæ Romæ fierent contra ritum ceremoniarum non dissimilia dicat ijs quæ Baptæ Athenis in nocturnis cotytijs patrarēt. Cicero in legibus sic ait: Quid autem mihi displateat in nocturnis, poëtæ indicat Comici, qua licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificiū cogitatam libidinem intulit, quo neq; impudentiam quidem oculorū adjicfas fuit. Et mox idem: Atq; omnia nocturna, ne nos duriores fortè videamur in media Græcia Diagōdas Thebanus lege perpetua sustulit. Nouos uero deos & in his collendis nocturnas peruigilationes, sic Aristophanes facietissimus poëta ueteris comœdiæ uexat, ut apud eum Sabadius, & quidam alij diri peregrini iudicati ē ciuitate ejus cantur. Apparet utique de Ciceronis testimonio, cum Aristophanē, tū Comicos alios ueteres cōtra nouos deos, contraq; nocturnas puigilationes aciem strinxisse.

cum

## ANGELI POLITIANI

cum uero ex superioribus liqueat Baptas fuisse comediam  
qua turpia & obscena carperenter, atq; hic de baptis,  
deq; nocturnis Atheniensium sacris mentio, quæ nos co-  
tyttia fuisse appellata declarabimus, quis non intelligat  
iam baptas fuisse deniq; qua potissimum fabula talia uexa-  
retur? Strabo aut in lib. de Geographia decimo, cotyttia  
bendidiaeq; sacra fuisse apud Thracas narrat, ex quibus  
Orphica sumperint originem: deamq; nominant Cotyn,  
cuius faciat Escylus mentionem, tum idem paulo post A-  
thenienses ait multa ex peregrinis sacris accepisse "ωστε  
καὶ έκώμων διθυράμ, inquit. Sed & inter cætera que pes-  
regrina ab ijs recepta sacra commemorat, prima enumera-  
rat thracensia: quæ supra ostendimus cotyttia bendidiaeq;  
appellari. Liqueat igitur cotyttia ab Atheniensibus sacra  
externa coli solita, liqueat etiam uexata à Comicis. Conice-  
atura autem ducimur, ut cum de baptis hic mentio, quam  
scimus fuisse Eupolidis comediam, deq; sacris Athenien-  
sium nocturnis, in ea potissimum id genus sacra exagita-  
rentur: Cæterum deam quæ talibus præcesset ritibus perui-  
gilijsq; Cotytto uocatam putamus: à qua etiam recta ra-  
tione cotyttiorum est inclinata appellatio: quæ quoniam  
dea Comedijs ueteribus defamatissima, ideo Synesius in  
epistola quadam, cuius principium est, οὐ καὶ τούνομος θεός  
λοσ καὶ τὴν ωραίησιν, ad hunc planè modum narrat,  
ἔγει μηδὲν οὐδὲν ἡρακλεῖ τοις ωλαισχας ἐφόροις οὐ-  
δεὶ μηδὲ μικρὸν πρέπει, κοτύττι δὲ καὶ τοις ἀλοις ατ-  
τινοῖς, κόνις ἀλοις νεωκορεῖ. Quibus uerbis significa-  
tur cum, de quo in epistola agat, non Mercurio congrue-  
re, non

re, non Hercul, palestræ præsidibus. Sed esse cotytus et  
ditimum, cæterorumq; apud Atticos despiciatissimorum.  
Quare cotytto legendum, non cotytton: præsertim cum  
syllabæ repugnet quantitas: quæ ne tum quidem breuis,  
cum c alterum substraxeris, ut Domitius prescribit, insci-  
te ille quidem nimis (sit uero uenia) nimis, inquam, inscite  
negligenterq; qui nō cogitauerit primam noīs syllabam  
non positu modo, cui dūntaxat occurrit, sed natura quoq;  
productam. Quidam tñ hanc deam Cotyn maluere q; Co-  
tytto, sicuti Strabo supra: sicuti alibi Sinesius idē his uer-  
bis, θάρξον ἀποφάνου τὸν ἄνδρα ὑπίτικον αὐλόν  
χρηματιστήρα της κότυος: Audacter, inquit, pro-  
nuncia utrū eū seminarem statim, sodalemq; Cotys. Quē  
exponens locum Suidas, Cotyn deam colii ait turpiū præ-  
sidem: unde, inqt, sunt Clisthenæ & Timarhi, & quicūq;  
lucri gratia formam colunt ad infandam libidinē: sicut  
effeminati & capillum fingentes uniuersi. Sed & alibi  
credo inuenient, quibus hæc adiuuentur uiri docti, si do-  
ctrinæ studium adhibuerint. Quin apud Horatium quoq;  
in Epodis ita legendum existimamus. Inultus ut tu riseris  
Cotytta: Non ut pleriq; codices Cocytia. Et in uetustissi-  
mo libro, q; sit Georgij Antonij Vesputij Florentini, græ-  
ce latineq; docti hominis, uocabulū id antepenultima syl-  
labā t retinet, non c, uestigium arbitror unū adhuc inte-  
grū ueræ, integræq; lectiōis. Politianus Centuria. i. ca. 10

## LIB. I. EPISTOLA VII.

Vilia uendentem tunicato scruta popello.

¶ Scruta dixit Horatius quidem semel. Item Sidonius

F. Apoll

## ANGELI POLITIANI

Appollinaris lib. epist. 7. per hæc uerba: Nūc quædam fri  
uola, nunc ludo apta uirgineo scruta donabat. Politianus  
Miscel. centuria. i. cap. 30.

## LIB. II. EPISTOLA. I.

Diversum confusa genus panthera camelō.

¶ Dion Græcus author in tertio quadragesimoq; Ro  
manæ historiæ lib. de Cæsare narrās ita fermè scribit: Cha  
melopardalin primus ipse Romā adduxit, et populo os  
tendit. Id animal cætera Camelus, crura aut inæqualia  
habet, posteriora prioribus magis brevia, ut à clunibus at  
tollī sensim, quasi ascendi simile, incipiat, corpusq; re  
liquū, sublime admodū cruribus prioribus sustentatur, sed  
ceruix in altitudinē penè peculiarem se tollit, colore ipsa  
maculoso, cœu panthera: quo fit ut amborū promiscuo uo  
cabulo censematur. Plinius collo similem equo, pedibusq;  
cruribus boui, camelō capite, maculis albis rutilū colorē  
distinguētibus, Et appellatam Chamelopardalin scribit.  
Hæc et plura A. Politianus Miscel. centuria. i. cap. 3.

## M. ANTONII SABELLICI IN HORAT. ANNOTAT.

## SERMONVM LI. I. SERM. IX.



In' tu

Curtis Iudæis oppedere? ¶ Hoc uerbū uea  
tus est, et significat contra pedere. Nā à pe  
do pedis, cuius significatio notior est q; ut es  
geat interpretationis, formatur oppedere, id quod docet  
Priscianus in. 10. utens istius uerſiculi testimonio. Errāt q  
exist

existimāt oppedere dici quasi pedi opponere. Nā præter authoritatē Prisciāni, syllabæ repugnātis rōne refelluntur, quæ longa est in uerbo pedo, breuis in pede. Sabelli.

## LIB. II. SERM. II.

Foris est promus, & atrum

Defendens pisces hyemati mare.

Hic promus non pro pisce accipitur, sed pro eo qui  
præest promendis cibarijs: etenim in familia potentiorū  
& luculentiorum alius est Condus, alius est Promus, alius  
alij ministerio assignatus. Condum uero illum appellauer-  
runt, q̄ recōdit in cellam pœnuariā ipsa pœnorā: Promus  
uero is dictus est, qui depromit ea, quæ uisionis gratia de-  
promenda sunt, ut docet Fulgentius placiades. Inde est il-  
lud Plautinum: Sum promus, Condus, & procurator pœ-  
ni. Et facete dictum est ab Ausonio, promusq; quam Con-  
dus magis. Et Apuleius eleganter in Apologia, promum  
librorum appellat eum, qui libris promendis & exhiben-  
dis præest. Sententiaq; Horatij est, eum, qui multiplici cor-  
poris labore exercitatus ac delassatus est esurientem, non  
aspernaturum uilia cibaria, et si domin non erit promus,  
hoc est, ille, qui promat conditos in cellario cibos esculen-  
tiores, et si pisces haberit non poterunt mari hyemante &  
undabundo, libentissime tamen panem cū sale in esca sum-  
pturum ad sedandam murmurantis præ inedia stomachi  
esuritionem. Est namq; (ut dicere solebat Socrates) potissi  
mum obsoniū famēs. Vnde cū esurienti olim Ptholemæo ci-  
barius panis in casa datus esset, nihil uisum est illo pane  
incundius. M. Anto Sabellius.

Harpyis gula digna r̄spacibus. F 2

## ANTONII SABELLICI

Ibi gulonum gula, speciose digna rapacibus Harpyis  
nuncupatur, significante uidelicet helluonū in gluiē me-  
ri, ut ita cibaria illis luxuriosa harpyiarū raptu de mē-  
sa eripiantur, et cōtactu foedentur, quemadmodū Phineo  
cibos arripiebant, & immūdo ore dapes polluebant. Poē-  
ticam elegantiā non penitus inspexerunt illi, qui existima-  
runt ab Horatio dici, gulam dignā harpyis, uel quē sit uo-  
racissima ut harpyia. Qui in poētarū lectione infreq̄ues-  
nō est, is facillime cognoscet poēticū morsum ad id esse re-  
ferendū, ad quod nos conferri debere censuimus. Sabellic.

## SERMONE III.

Tam bene me noui: postq̄ omnis res mea Ianum  
Ad medium fracta est.) Hic introducit Damasippus  
pum sermocinātē, qui ostendere uolens se ære alieno &  
sceneratorū usuri omne patrimoniu perdidisse, perq̄ ele-  
ganter ait: Postquā omnis res mea, &c. Nam Roma in re-  
gione Basilicæ Pauli consistebant sceneratores, qui locus  
Ianus dicebatur, quoniā, r. in eo Iani simulachra collocas-  
ta uisebātur: cuius rei meminit Porphyrio, ut alibi signat  
Horatius sic scribēs in primo Epist. epistola. i. Hæc Ianus.  
summus ab imo Perdocet. Cicero in. 7. Antonianarū, Ia-  
num medium, sicut Horatius nuncupauit, & pro eodē si-  
gnificatu accepit, cuius hæc uerba sunt: Non possem sine  
risu dicere Lu. Antonio Ianō medio, itāne Ianus mediūs  
in L. clientela sit: quis enim unq̄ in illo inuictus est, qui L.  
Antonio mille numū ferret expensum. De hoc eodē in-  
tellexit Ouidius eo uersu: Qui puteal, Ianumq; timet, celo  
resq; calendas: Ad Ianū igitur medium ait Damasippus,  
ſcrem

serem suam, hoc est patrimonium fregisse; quoniam sub fœneratoribus corruerat in uico Iani consistentibus: qui ad medium Ianum, pro mercatura exponunt, quid sibi uelint ignoro. Sabellicus.

**P**otet acetum, age, si et stramentis incubet, unde Octoginta annos natus, mihi stragula uestis.

In hac Satyra perquam scite dictionē diuisit, ita ut partem in fine superioris, partem in principio inferioris carminis collocaret. Nam illud Vnde octoginta pro una tantum dictione dictum accipere debemus, sicuti undeuiginti, unde triginta ueteres dictitarunt. Vnde octoginta dixit Horatius, id est. 79. annos habes aetatis, hoc est, octoginta, unde deest unum, sicuti interpretatur Priscianus in lib. de ponderibus, qui hunc Horatij locum curiosissime obseruauit, et cum diligentia retulit. Nec mirandum est dictionem copositam duos in uersus fuisse distinctam, cum etiam similitudina uerba diuidantur, ut in illo Sapphico Catulliano:

Gallicum rhenum, horribiles et ulti-

Mosq; Britannos.

Et ab Horatio in secundo carmine dictio ista, uenale, diuiditur eo uersu:

Grosphæ non gemmis, neq; purpura uenale, nec auro. Sabellicus.

### SERMONE VII.

Mitteret in pyrgum talos mercede diurna.

**Q**ueri solet ab eruditis quid significethic pyrgus. Namq; non pauci ex eruditioribus pyrgum esse dixerūt alueolum, hoc est tabulam lusoriam, quam et fritillum appellari

## ANTONII SABELLICI

Lari existimauerūt, in quo dupli errorē labūtur, cū neq; pyrgus significet alueolū, neq; alueolus pro fritillo accipiat. Nos aut̄ pyrgū esse dicimus illud uasculū, quo cōiecti tali agitati mittuntur: Cuius effigies instar turriculae est, unde nomen mutuatur. Pyrgos enim græce, turris latine significatur. Martialis latino uerbo uti maluit, et turriculam appellauit. Nāq; in A pophoretis lemma est turricula, quæ in eodem significatu quo pyrgū accepit Horatius. Sic enim ipsa loquitur:

Quæ scit cōpositos manus improba mittere talos,  
Si per me misit, non nisi uota facit. A Persio  
quandam similitudinem orca noiatur, ita scribente:

Scire erat in uoto dannosa canicula quantum  
Redderet angusto collo non fallier orca.

Hec est illa turricula siue pyrgos, quæ alio nomine fritillus à poëtis identidem appellatur, neq; unquā significat tabulam lusoriam, quæ modo alueus, modo alueolus, non nunquā latruncularia tabula nominatur. Fritillū aut̄ esse idem quod pyrgum, ostendit aperte Porphyrio, qui apud Horatium pyrgum dicit significare quod nos fritillum dicimus, in quo coniecte tesserae agitatæ q; mittuntur. Nil esse potest hac interpretatione manifestius, nil lucidius. Nam dicit tesseras coniici fritillo tanquā uasco, quo agitatae, deinde mittuntur in alueolum. Hoc idem indicat uerus ille Iuuena. Paruoq; eadem mouet arena fritillo. Illud enim epitheton, paruo, haud dubie demonstrat de turricula dictum esse, non de tabula lusoria, quæ lata & sp̄ciosa esse cōsuevit. Seneca quoq; in libello quē de Claudi⁹ ludo

*ludo composit, sic ait: Aeacus iubet Claudiū ludere per-  
cuso fritillo. & mox: Nam quoties missurus erat resonan-  
te fritillo, Vtraq; subducto fugiebat tessera fundo. Vbi  
haud dubie fritillum accipimus nō protabula lusoria, sed  
pro pyrgo. Resonat enim fritillus concusione tesserarū,  
quas ait subterfugisse de uasco, priusquam emitteren-  
tur in tabulam lusoriam. Sabellicus.*

## SABELLIC. IN I. EPIST. AN.

## EPISTOLA V.

**S**ed nimis arcta premunt olla coniuia capræ.

**T**ibi significat cōiuias et coepulones, nimis arcte  
discubentes, nimisq; ob numerosam multitudinē cōstipati-  
tos, in mensa lædi fœtore molestissim, q modo hircus, modo  
caper, modo tragos noīatur à poëtis. Nanq; ut author est  
Censorinus in secūda annorū hebdomade, ueliciptē ter-  
tia, vox crassior fit et inæqualis, quod latini dicunt hirqtal-  
lire, et inde ipsos putat hirqtallos appellari, q tūc corpus  
hircū olere incipiat. Aristot. id qd latine dicitur hirqtallit-  
re, græce uocat tragigin lib. 7. de animalibus: quā dictio-  
nem interpres Aristotelicus in latinū uertens, caprire dē-  
xit. Idē Aristo. in problematis author est, virus hirci illos  
redolere, qui rem agūt uenereā, quiq; ea ætate sunt, quæ  
ueneri sufficiat. Inde fœtorē alarū, hircū uocitamus: quæ  
omniū maxime partiū nostri corporis, male olent, propte-  
rea q immobiles, inexcitatæq; habentur. Hinc est illud  
ab Horatio dictū elegāter in Epodo: Cubet hircus in alis.  
Et quoniā hircus maritiū significat capellariū, et accipitur

## ANTONII SABELICI.

pro graueolentia, luculēte & festiuē dixit Ouidius: Offendat nares uirq; paterq; gregis: Cum fœtorem hircinum significare uoluisset. Et ita ab Horatio poëtica quadam uenustate, olide capre appellantur male olentes conuiuē. Ab Hirco, hircosus deriuatur. Persius: Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Sabellicus.

## EPISTOLA VII.

Designatorem decorat lictoribus atris.

In huius loci enarratione labuntur interpretes, et quid designator significet non satis diligenter exponūt, Sed nos omisis aliorum interpretamentis, nostra promemus. Designare uetustissimo significatu est, rem nouam facere, in utrāq; partem & bonam & malam, sicut docet Donatus enarrans illud Terentianum in Adelphis, Modo quid designauit. Inde designatores dicti sunt curatores funerum, qui ludis funebris præsunt, ob eam causam, quod in his ludis multa fiant noua et spectanda. Scribit Iuriscōsultus de ijs qui notantur infamia, designatores ministerium nō artem ludicram exercere, ideoq; ignominiosos non haber. Et sanè locus iste à principe (ut uerbis consulti utar) hodie non pro modico beneficio datur. Ad hoc idem pertinetia uerba Senecæ subieci ex libro de beneficijs, quæ hæc sunt: An tu Aruncii, & cæteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores & libitinarios uota? Sensus aut̄ est Horatijs, Dabis mihi Meccenas ueniam, inquit, diutius uillicanti, & in agro cōmoranti, quām promiserim: quoniā ægrotare Romæ formido, per dies aut̄ nūni pessime

pestiferos, dū designatores, hoc est, præfecti ludoru fune  
briū, lictoribus atris decorātur, & p multoru mortes mu  
nia frequēter usurpat, funcribus ludis præsidendo. Hæc

## EPISTOLA VI. (Sabellicus.

Mancipijs locuples eget æris Capadocum rex.

Hoc uersu significat quosdam esse famulosos, &  
famulitio numeroſo copiosos, sed rei numariæ egentissi  
mos. Et ita rex Capadocū nō accipitur pro rege Capado  
cie, sed pro eo q maximā habet familiam seruorum. Rex  
enim alias dominus, alias regnator, alias diues signifi  
cat, & ita apud luculentos scriptores frequēter signifi  
cat diuitem atq; potente, qui à clientibus colitur atq; pa  
rasitis: & in hoc significatu Iuuinalis, Marcialis, et Plau  
tus accipiūt, & alibi ab Horatio dictū est: Siue reges, siue  
inopes coloni erimus. Donatus ait regē nomen esse ad ali  
qd, ut dialectici loquuntur: ut enim libertus est patroni, ita  
rex parasiti, et parasitus regi. Capadocos uero seruos ap  
pellamus à nomine regionis, ex qua uenales optimi depor  
tabantur. Sicuti Lydū et Syrum prisci nuncuparāt, Sicuti  
Dauū et Getā uocitamus à Getis populis & Dacis, quos  
olim Dauos uocitatos esse existimat Strabo: ex quo apud  
Atheniēses Dauoru et Getaru nomina seruilia in usu erāt  
frequētissimo. Et inde apud poëtas comicos identidē repe  
ries seruos, Getas et Dauos appellari. De Capadociis  
mācipijs meminit Persius: Capadocas rigida pingues pa  
uisse catasta. Et Marcia. Quid te Capadocū sex onus esse  
iuuat? Ad mācipia quæ ex Capadoccia bona deferebātur,  
alludens A pulcius li. 7. de asino aureo ait: At ille Capadocū

## ANTONII SABELLICI.

me, & satis forticulū nūciat. Ita ab Horatio rex Capado  
cū, dicitur, dominus mancipiorū, quorū legiones à nōnul  
lis Romanorū locupletissimis habebātur: ut luculēter tra  
dit Pli. q in 33. ait: seruorū causa nomeclatorē esse adhibe  
dū. Sabellicus.      EPISTOLA XVIII.

Nec semel irrisus triuijs attollere curat

Fracto crure planum.) ¶ Ibi uetus uerbum est  
& docte, & eleganter positū ab Horatio, quod non paue  
cos alioqui eruditos se felliit. Nā planus accipitur pro scur  
ra & sycophanta, sicuti Cicero & Laberius acceperunt,  
& obseruauit Au. Gellius lib. 15. noctium atticarum. Qui  
existimat planū hic nomē esse adiectiuū, syllabae ratione  
facile coarguitur, que in plano prima, quādo significat  
sycophantā, corripitur. qñ adiectiuū nomē est p̄ducitur,  
clarū est qđ à nobis dicitur et qđ ab alijs, adeo ut res ipsa  
se fulciat, citra aliena adminicula. unde hoc indicasse satis  
erit. Sabellicus.      LIBRO II. EPIST. I.

¶ Diuersum confusa genus panthera Camelō.

Hoc uersu planè Camelopardalin poëtica circūlocu  
tione descripsit. Est autē Camelopardalis collo similis eo  
quo, pedibus & cruribus boui, capite Camelō, albī macul  
lis rutilum colorē distinguēntibus, unde appellata Came  
lopardalis, Nabuna Aethiopes uocat, ut autor est Plinius  
li. 8. Hoc est illud animal qđ Italici lingua uernacula Gy  
raphā appellat. Scribit Albertus mag. lib. 22. de animali  
bus, suis tēporibus Federicū impatorē Camelopardalim se  
cū habuisse: et hac tēpestare Florentiae uisa est dono missa  
Laurētio Medici à rege Aegyptiaco. Sēsus est Horat. risu  
rum sui

ru fuisse Democritū, cui omia mortaliū ridēda uidebantur, sicut Heraclito flendat, si po. Ro. stupe uidisset aspectus Camelopardalis. Et hoc ideo dictū est, qā Plinio atq; Solio no authoribus primū uisa fuit Romæ, ludis circēsibus, Cæsar's dictatoris. Autor est Iulius Capitolinus, fuisse Romæ sub imperatore Camelopardales decem. Errant q existimat ab Horatio significari Camelū cū pāthera coētem, cū pāthera cōfusa genus Camelo, doctissima paraphrasi pro Camelopardali accipiēda sit, quæ (ut diximus) ex masculis pantheræ et capite Camelina formatur, et ita cum Camelo genus panthera confundit. Sabellicus.

## EPISTOLA II.

**T**Ibit eō, quo uis, qui zonam perdidit.

Ibi nō simpliciter dictum esse existimare debemus: quē Zonā perdidit, sed more prisoriū exprimere uoluisse poetam, qui zonas numis aureis refertas habebat, qđ probatissimorum testimonij cōprabatur: In primis Tranquilliz qui scribit Vitelliū zonā se aureorū plenam circūdedisse. Et Apuleij, cuius hæc sunt uerba ex 7. de aureo asino: Plotina preciosissimis moniliū & auro monetali zonis referitis incincta, præterea C. Graechus fortis orator in oratione quam habuit ad populum, sic scriptum reliquit, Itaq; quirites cū Romam profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas prouincia inanes retuli. Tradit Plutarchus in Demetrio Sosigenem aureos numos 300. habuisse in cingulo militari prouiatico. Spartanus quoq; autor est, Phesteniū Nigrū iussisse, ne milites in zonis numos aureos uel argenteos portaret ad bellū, sed publice cōmenda crēt, repetituri post prælia

## ANTONII SABELLICI

qd dederat. Quinetia Lampridius Alexandru impatorē  
Ro. dicere solitū ait, Miles nō timet nisi uestitus, armatus  
& calceatus, & satur, & habens aliquid in zonula: et ta  
lis est Horatiana sententia. Inducit enim militem Lucil  
ianū, qui factus erat diues & bene nūmatus, recusantem  
ire ad castellum oppugnandū, & ita imperatori Lucullo  
respondentem: Ibit ad omne periculum rusticāus miles,  
& inops, & qui zonam perdidit, hoc est, qui aureos ami  
fit, quos in zona milites portare consueverūt, propter q  
mendicitas militaris ad omnem desperationē uocat ar  
matū: qui uero satur est, & aliqd habet in zona, timet pe  
ricula subire. Ad hanc ueterū cōsuetudinem referendus  
est ille Satyrici poēta sensus: Obrutus & zona leua, mor  
tuus tenebit: quē Iuuenalis explanatores prætererūt. Nāq;  
significare uoluit poēta, zona à naufrago teneri, nō solū  
manu, sed etiā mordicus: propterea q; zona erat monetas  
li auro referta, quam ne perdat omnibus neruis viribusq;  
contendit. Ecclesiastica sententia præcipit quoq; ne es,  
hoc est, pecuniam in zonis habeamus. Sabellicus.

BAPTISTAE PII IN HOR. AN.

LIB. III. ODE XXIII.



Escit equo rudis  
Hærere ingenuus puer,  
Venariq; timet: ludere doctior  
Seu græco iubeas trocho,  
Seu malis uetita legibus alea.

Irascit

Trascitur ibi Flaccus, Romanos, omisso militaris exercitij studio, ad græcos, luxuriososq; lusus transisse. Verū ut presius intelligas Horatiana uerba, Romanos quosdā ludos prohibuisse scire debes, utpote damnosos, reicq; familiari graues, quosdam uero utpote leues, facilesq; indulgenter permisisse animi gratia. Hoc manifestum est testimonio Tranquilli, qui Octauium Cæsarem morum censem integrissimum, refert libenter & identidem lusitasse, sed usum ludo faciliori & urbaniori. Erant enim id temporis ludi execrables & detestandi, in quos tanq; patri moniorū pestes armabātur leges. Genera ludorum quibus utiliceret, his uerbis imperator exequatur in Codice: Aleatorium usus antiqua res est, & extra operas pugnatoribus concessa. Verū pro tempore prodijt extranearum multæ nationū suscipiens. Quidam enim nec ludentes, nec ludeantur scientes, sed numeratione tantū proprias substantias perdidunt, die noctuq; ludendo, argento, apparatu, lapidibus & auro. Consequenter aut ex hac inordinatione blasphemare deum conantur, & instrumenta conficiunt. Cōmodis aut subiectorum proficientes, hac generali legge decernimus, ut nulli liceat in publicis uel priuatis domibus ludere, & si contra factū sit, nulla sequatur cōdemnatione, sed solutum reddatur. Sensus igitur est Horatij, mores ita deluxatos esse à prisco robore, ut spreta militia, que populo Rom. imperium propagauit, ludere tantum uelit ludos græcos & infames, & legibus uetitos, nō contentus ludis quos concedunt leges. Hæc Baptista Pius.

Iacobi

JACOBI BONONIENSIS IN  
HORAT. ANNOT.

LIBRO I. ODE II.

**T**erruit gentes graue in rediret  
Seculum Pyrrhae noua monstra quest,  
Omne cum Protheus pecus egit altos  
Visere montes.) ¶ Cur Prothei mentionem  
Faciat hic Flaccus in pyrrhae et Deucalionis diluio, nula  
lus interpres(qd sciā) ostendit. Nec exponit quisquā, an  
idē Protheus Deucaliōis et Pyrrhae fuerit contemporaneus.  
Quod ut clarius luceat, faciliusq; explicari posset, ana  
uersis tēporibus suere similia, frequēter in unū cōgerere.  
Quippe, qd apud Maronē in Georgicis, Lucanūq; in pri  
mo pharsalīæ prodigia canētes, facile cautus lector ania  
maduertet. Verū ut id qd istat, aliquā agamus, Xenophon  
nouimestris sub prisco Ogige, Secunda Niliaca mēstrua  
sub Aegyptijs Hercule & Prometheo, bimestris aut sub  
Ogige Attico, Trimestris in Thessalia sub Deucalione,  
Et pharonica sub Protheo Aegyptio in raptu Helene. qd  
ergo sub Deucalione Pyrrhaq; nec nō sub Protheo diuer  
sis tēporibus cataclismi fuere, in hoc loco nūc poēta con  
ODE XXXVI. (iunxit.

¶ Cres̄a nec careat pulchra dies nota.  
Ibi cres̄a et legūt et exponūt interpretes, nos unius  
literæ cōmutatiōe, spiritu accedēte, Thres̄a castigamus,  
ne poēta videatur exorbitare ab Historia notissima, ex  
qua

Quo in stitutum peculiare Thracie non Cretice gentis fuit,  
lapillis albis et nigris cādidos atrosq; dies signare, et ne  
vox ista alicui insolens uideatur, illud addimus, Thresam  
pro Thracensi alibi ab eodem poēta sic scriptū fuisse, Me  
nūc Thressa Cloe regit. Seneca ad hoc in Hercule hoc uer  
bū sic usurpat, Verū est quod cecinit sacer Thressa sub  
Rhodopes iugis. Hac Bononiensis.

## IN ARTE POETICA.

¶ Intererit multū Dauus ne loquatur an heros.

Versus iste sic ab omnibus legitur. At nos, ubi Dauus,  
Diuus reponimus. Nam sensus est, ni fallor. Honestius qua  
drat si subsequētia accurate pensitentur. Poēta enim gra  
datim, uariarū rerū ac psonarū præpon seruandum ostē  
dens, à diuo ad heroem, mox ad senē aliosq; inferiores de  
currit. Quod carmē infra positum clarius exponet:

Ne quicunq; deus quicunq; adhibebitur heros

Regali conspectus in auro nuper, et ostro,

Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Ceterum si Dauus iuxta neotericum interpretetur lega  
tur, fatuus erit sensus, nisi statim subsequatur et legatur,  
heros, hoc est, dominus. Quod si fit, tūc uersus claudicabit  
in syllaba. Bononiensis.

¶ Quis tamē exiguos elegos emiserit autor.


Grāmatici certant & adhuc sub iudice lis est.

Huic dubitationi nos ex Terentiano illud adiūgimus  
Pentametrū dubitant quis primus finixerit author,

Quidē non dubitant dicere Callinō. Bononiensis.

FINIS.

101536



FRIBURGI BRISGOIAE.  
EXCVDEBAT IOANNES EM<sup>M</sup>  
MEVS. AN. M. D. XXXV.